

**EDICTVS**  
**CETERAEQVE LANGOBARDORVM**  
**LEGES.**

**CVM CONSTITVTIONIBVS ET PACTIS**  
**PRINCIPVM BENEVENTANORVM**

**EX MAIORE EDITIONE MONVMENTIS GERMANIAE**  
**INSERTA**

**CORRECTIORES RECVDI CVRAVIT**

**FRIDERICVS BLVHME.**

---

**HANOVERAE**  
**IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI**

**1869.**

## L. B.

**O**ffero nunc tibi libellum, quem statim post maiorem legum langobardorum editionem me paraturum esse, anno praeterito pollicitus eram, ut iuris studiosi legumque periti, quibus grande illud Pertzianorum Monumentorum uolumen ad manum non esset, saltem ipsarum legum contextu in integritatem suam restituto interim non carerent. In quo constituendo ita uersatus sum, ut ea, quae in nullo libro manuscripto aequae se habent, literis obliquis (cursiuas hodie appellare solemus) exprimerentur; notulis uero, inter uncinos positus, loci uel anni in ipsis legibus laudati accuratius indicarentur. Reliqua adnotatione plerumque abstinui, nisi si in maiori editione minus recte uel minus plene quid dixisse mihi uidebar. Indicem uero rerum atque uerborum eidem libro adiectum, in quo elaborando non leuem operam consumseram, nunc retractando et contrahendo ad minorem etiam libellum aptare studui. Vale.

Dabam Bonnae 3 Octobr. 1869.

FRIDERICVS BLVHME.

IN NOMINE DOMINI INCIPIT EDICTVM  
QVEM RENOVAVIT DOMINVS ROTHARI VIR EXCELLEN-  
TISSIMO REX GENTI LANGORARDORVM CVM PRIMATOS  
IVDICES SVOS.<sup>1</sup>

**E**go in dei nomine hrotarit uir excellentissimus, et septimodecimum rex gentis langobardorum, anno deo propitiante regni mei octavo, aetatisque tricesimo octavo, indictione secunda, et post aduentum in prouincia italiae langobardorum, ex quo alboin tunc temporis regem precedentem diuina potentia adducti sunt, anno septuagesimo sexto [*p. Chr.* 643] feliciter. Dato ticino in palatio.

Quanta pro subiectorum nostrorum commodo nostrae fuit sollicitudinis cura, et est, subter adnexa tenor declarat; precipue tam propter adsiduas fatigationes pauperum, quam etiam superfluas exactiones ab his qui maiore uirtute habentur; quos uim pati cognouimus. Ob hoc considerantes dei omnipotentis gratiam, necessarium esse prospeximus presentem corrigere legem, quae priores omnes renouet et emendet, et quod deest adiciat, et quod superfluum est abscidat. In unum preuidimus uolumine complectendum, quatinus liceat unicuique salua lege et iustitia quiete uiuere, et propter opinionem contra inimicos laborare, seque suosque defendere fines.

Tamen quamquam haec ita se habeant, utilem prospeximus propter futuris temporis memoriam, nomina regum antecessorum nostrorum, ex quo in gente nostra langobardorum reges nominati coeperunt esse, in quantum per antiquos homines didicimus, in hoc membranum adnotari iussimus.

<sup>1</sup>) *Prologus cum indice in membranis Sangallensibus desideratur.*

Fuit primus rex agilmund, ex genere gugingus.

Secundus laamisio.

Tertius leth.

Quartus kildeoch, filius leth.

Quintus godeoch, filius kildeoch.

Sextus claffo, filius godeoch.

Septimus tato, filius glaffoni. Tato et uuinigis filii  
claffoni.

Octabus uuacho, filius uuinigis, nepus tatonii.

Nonus uualthari.

Decimus audoin, ex genere gausus.

Undecimus alboin, filius audoin, qui exercitum, ut  
supra, in italia adduxit.

Duodecimus clep, ex genere beleos.

Tertiusdecimus authari, filius clep.

Quartusdecimus agilulf, turingus, ex genere anauuas.

Quintusdecimus adaluuald, filius agilulf.

Sextusdecimus hariuuald, ex genere caupus.

Septimusdecimus ego in dei nomine qui supra  
hrotarit rex, filius nandinig, ex genere harodos.

Nandinig filius noctzoni, noctzo filius adhamund,  
adhamund filius alaman, alaman filius hiltzoni,  
hiltzo filius uuehiloni, uuehilo filius uueoni, uueo  
filius fronchononi, fronchono filius fachoni, faccho  
filius mammoni, mammo filius ustbora.

#### EXPLICIT NOMINA REGVM.

#### INCIPIT CAPITVLA AD INQVIRENDVM<sup>1</sup>.

1. Si quis contra animam reis consiliauerit.
2. Si quis cum rege de morte consiliauerit.
3. Si quis inimicos intra prouinciam inuitauerit.
4. Si quis foris prouinciam fugere tentauerit.
5. Si quis scamaras intra prouinciam celauerit.
6. Si quis in exercitu sedicionem lauerit.

<sup>1</sup>) *Huius indicis capita 1—181, cum Vercellenses lacunae aliunde explendae essent, ex codice Vaticano, capita 183—216 ex Vercellensi, 217—247 ex Gothano, 248—388 ex Vercellensi proferuntur.*

7. Si quis contra inimicos pugnandum collegam suum dimiserit.
8. Si quis in concilio uel in quolibet conuentum scandalum cōm̄m.
9. Si quis quemcumque hominem ad regem adcusauerit.
10. Si quis homo liber in alterius morte consiliauerit.
11. Si quis de consilio mortis.
12. Si duo aut amplius homines homicidium fecerit.
13. Si quis homicidium absconse perpetravit.
14. Si quis dominum suum hocciderit.
15. De rapuor id est sepulturea.
16. De hairaub, hoc est qui hominem mortuum inuenerit.
17. Si quis ex nostris ad nos tenere uoluerit.  
De regem uenientem se inl̄.
19. Si quis pro iniuria sua uindicandam super quocumque manu armata cum exēr in uñō.
20. Si quis de exercitalibus ducem suum contempserit.
21. Si quis in exercitu ambulare contempserit.
22. Si quis de ipso exercitu ducem suum ad iusticiam causam persequendam denegauerit solacium, unus quisque con̄p. regi aut duci suo sol. XX.
23. Si quis dux exercitalem suum molestauerit.
24. Si quis castaldus exercitalem suum.
25. Si quis res suas ab alio exercitu quesierat.
26. Si quis mulieri libere aut puelle uiam antesteterit.
27. Si quis libero homini uiam antesteterit.
28. Si quis seruo alieno aut ancille uiam antesteterit.
29. Si quis messe suam aut pratum uindicando alii antesteterit.
30. De mara uforfin id est de cauallo proiecerit.
31. Si quis homini libero uiolencias fecerit.
32. De homine libero si nocte in curte alterius inuentum fuerit.
33. Si seruus in curte alterius in nocte inuentus fuerit.
34. Si quis in curte alterius irato animo sagittauerit.
35. Si quis in ecclesia scandalum commiserit.
36. Si quis intra palacium scandalum commiserit.

37. Si quis liber homo in eadem ciuitatem ubi rex est scandalum com̄.
38. Si quis seruus in eadem ciuitatem scandalum commiserit.
39. Si quis liber homo in aliena ciuitatem scandalum commiserit.
40. Si seruus in aliena ciuitatem scandalum com̄.
41. De homine libero batudo.
42. De homine libero ligato.
43. De feritis et percussuris.
44. Si quis alium percusserit.
45. De plagis et depositionibus earum.
46. Si quis alii plagam in capite fecerit.
47. Si quis alium in capite plagauerit.
48. De oculo euulserit.
49. De naso hocciso.
50. De labro absiso.
51. De dente priores.
52. De dentes maxilares.
53. De aure abcisa.
54. Si quis alium in facié plagauerit.
55. De plaga in naso.
56. De pla in aure.
57. De brahio transforato.
58. Si quis alium in brahium punxerit.
59. Si quis alium intra capso punxerit.
60. De placa in goxa.
61. De numero plagarum.
62. De incisione manum.
63. De digitas manuum.
64. De secundo digito.
65. De tercio digito.
66. De quarto digito.
67. De quinto digito.
68. De incisione pedum.
69. De pollice pedis.
70. De secundo digito.
71. De tercio digito.

72. De quarto digito.  
 73. De quinto digito.  
 74. De omnibus plagis aut feritas.  
 [75. Si infans in utero matris occisus fuerit.]<sup>1</sup>  
 75. De aldio et seruo ministeriale.  
 76. De feritis aldii et serui ministeriales.  
 77. De plaga in capite.  
 78. De placa in capite ut ossa rumpam.  
 79. De plaga in facie.  
 80. De oculo euulso.  
 81. De naso abceseso.  
 82. De aure absciso.  
 83. De labro absciso.  
 84. De dente excusso.  
 85. De dente maxillare.  
 86. De brachio rupto.  
 87. De manu abscisa.  
 88. De digitas manuum.  
 89. De secundo digito.  
 90. De tercio digito.  
 91. De quarto digito.  
 92. De quinto digito.  
 93. De coxa rupta.  
 94. De pede absciso.  
 95. De digito pedis.  
 96. De secundo digito.  
 97. De tercio digito.  
 98. De quarto digito.  
 99. De quinto digito.  
 100. De plaga infra capso.  
 101. De brachio aut cossa transforata.  
 102. De seruis rusticanis.  
 103. De plaga in facie.  
 104. De oculo euulso.

<sup>1</sup>) *Hoc caput, in Vaticano indice omissum, in Eporediano notatum, Ver-cellensi etiam, cum integer esset, non defuisse, numerus 183 demonstrat.*

105. De naso occiso.
106. De aure abscisa.
107. De labro absciso.
108. De dente abscusso.
109. De brachio et coxa transforata.
110. De plagas que intra capso fiunt.
111. De brachio uel copsa tibia rupta.
112. De manu abscisa.
113. De digitis manum.
114. De secundo digito.
115. De tercio digito.
116. De quarto digito.
117. De quinto digito.
118. De pede rusticiani absciso.
119. De digitos pedum.
120. De secundum digito.
121. De tercio digito.
122. De quarto digito.
123. De quinto digito.
124. De seruo rusticano battudo.
125. Si membrum sideratum fuerit.
126. De omnibus plagis aut feritis.
128. [sic] De eo qui plagas fecerit.
128. De aldio occiso.
129. De seruo minesteriale occiso.
130. De seruo minesteriale in utero occiso.
131. De seruo massario occiso.
132. De buuul occiso.
133. De seruo qui sub massari est occiso.
134. De pastoribus occisis.
135. De pecorio caprario seu armentario occiso.
136. De infante massario occiso.
137. De arbore commune inciso et in hominem occiderit.
138. De ueneno temperato.
139. Si liber aut libera alii uenenum.
140. Si quis uenenum ad aliam bibendum dederit.
141. Si seruus aut ancilla alii uenenum dederit.



142. De eo qui post apceptam compossicionem se ū.
143. De magistris commacinis.
144. De rogatis et conductis magistris.
145. De incendio.
146. De foco fores nouem pedes portato.
145. [sic] De foco in inere.
148. De molino incenso.
149. De molino capelado.
150. De molino in terra aliena edificata.
151. De operario rogato in opera.
152. De gradibus cognacionū seuu successionib;
153. De filii legitimis et naturalibus.
154. Nulli sit licencia equales naturales filios facere leg̃.
155. De filiis naturalibus qui ne ancilla alterius nati sunt.
156. De eo qui naturale genitus est.
157. De filia legitima et filio naturale.
158. De filias legitimas et filios naturalis.
159. De filia legitima et sorores.
160. De filiis legitimis et naturalibus et sororibus legitimis qui naturali sunt.
161. Si quis ex naturalibus occisus fuerit.
162. Si quis frater in morte fratris sui cocoñ.
163. Si quis a parentibus dixerit de nepote aut consubrino suo quod de adulteri natus sit.
164. Si quis dixerit de muliere aliena quod mundius ad eum pertineat.
165. De suspeccione in marito quod uxorem suam occidisset.
166. De fratribus qui in casa commun& rem̃.
167. De exhereditatem filiorum.
168. De iustis culpis exhereditacionum.
169. Item ne patrem licet ad filium suum exere.
170. Si quis se disparuerit, quod filios non possit habere.
171. De thinx quod est donacio.
172. Si quis res suas alii tingauerit.
173. Nullit liceat thinx quod antea fecit in alterum transmigr̃.
174. De launigild.
175. Si quis leprosus fuerit.

176. Si quis liber homo sub regni nostri cum fara sua migrare.
177. De sponsalibus et nuptiis.
178. Si dixerit sponsus de sponsa sua quod adult̄.
179. Si peccatis imminentibus posquam puella au mulier sponsata fuerit leprosa aut dē.
180. De nupciis.
181. De nupciis et mundo.
- [*Vercell.*] 183.<sup>1</sup> De traditione puelle aut mulieris.
184. De exenio nuptiali.
185. De incertas et inlecitas nuptias.
186. Si uir mulieri uiolentias fecerit.
187. De uiolentia mulieris libere.
188. Si puella libera aut uedua sine uoluntate parentum ad marito ambolauerit.
189. De fornigationis causam.
190. De sponsata alterius.
191. De rapto sponsata alterius.
192. Si pater aut frater aut aliquis ex parentibus puellam alii sponsauerit.
193. Si puella libera seruum alienum foris prouincia secuta fuerit.
194. Si quis cum ancilla gentile fornigatus fuerit.
195. De crimen in puella iniecto.
196. De crimen adulterii.
197. De crimen nefandi.
198. De crimen in puella.
199. Si uedua in domo patris regressa fuerit.
200. De occisione mulieris.
201. De muliere libera occisa.
202. Si mulier in morte mariti sui consiliauerit.
203. Si mulier maritum suum occiserit.
204. Nulli mulieri liceat in sua potestate esse.
205. De aldia uiolentiata.
206. De libera uiolentiata.
207. De ancilla uiolentiata.

<sup>1</sup>) *Vide supra ad cap. 75.*

208. De rapto.  
 209. De ancilla rapta.  
 210. De rapto qui in curte regis duxerit.  
 211. Si quis cum uxorem suam alium fornigantem inuenerit.  
 212. Si quis uxorem alterius tolerit.  
 213. De crimen adulterii.  
 214. Si quis liberam puellam absque consilio duxerit.  
 215. De sponsata mortua.  
 216. Si aldius uxorem libera tolerit.  
 [Gothan.] Si haldia seruum acceperit maritum.  
 De nuptiis haldii et aldię.  
 De aldio qui ancillam duxerit uxorem.  
 De ancilla et alterius seruo.  
 De seruo et uxore libera.  
 [222. De ancilla matrimonii gratia.]<sup>1</sup>  
 De eo qui sine herede moritur.  
 De fulfreei de stamund.  
 De filiis legitimis fulfreei.  
 Omnes liberti longobardorum legibus uiuant.  
 De terra ad edificandum comparata.  
 De quinquennii possessione.  
 De actigyid.  
 De mancipio lebroso uel demoniaco.  
 De ancilla empta.  
 De caballo empto.  
 De non licere de seruo aliquid comparare.  
 Licere massario peculium insociare.  
 De uindictione aldi illicita.  
 De euulso termino.  
 Si seruus hoc fecerit.  
 De teclatura uel snaida.  
 Si seruus id fecerit.  
 De moneta falsa.  
 De scriptura falsa.  
 De gressu super murum de castro.

<sup>1</sup>) *Haec, in Gothano omissa, ex Eporediano codice inseruimus.*

- De debitore querendo.  
Quomodo quis debeat pignerare.  
De illicita pigneratione.  
[Verc.] 248. Si quis per errore alio pro alio pignerauerit.  
249. De gregis equarum.  
250. Si cauallus domitus aut bouis iocum pignerauerit.  
251. Si homo liber qui deutor est.  
252. Nulli leciat pro qualeuit deuitum casa pignerare.  
253. De furtis.  
254. Si seruum furtum fecerit.  
255. De proditorem.  
256. Si seruus in fuga furtum fecerit.  
257. Si mulier libera furtum fecerit.  
258. Si aldiam aut ancillam in furtum inuenta fuerit.  
259. Si liber homo seruum suum furtum facere iusserit.  
260. De inuentionem aliqua.  
261. Si seruus aliena ancilla oxorem habens furauerit.  
262. Si seruus dum in fuga est cuileuet aliquit comenda-  
uerit.  
263. Si plures homines furtum fecerent.  
264. Si liber aut seruus foris prouincia fugire uoluerit.  
265. De portonario.  
266. Si portunarius furonem sciens transposuerit.  
267. Si portunarius mancipium fugacem transposuerit.  
268. Si portunarius hominem liberum transposuerit.  
269. Si quis mancipium alicuius post alterum fugierit.  
270. De illum post quem mancipium fugierit.  
271. De curtem regis.  
272. De ecclesia.  
273. Si seruus intra prouincia uagauerit.  
274. Si quis mancipium fogacem habuerit.  
275. De fugam mancipii.  
276. Si quis mancipium sciens fugacem exceperit.  
277. De forore.  
278. De curte rupta.  
279. De consilio rustiganorum.  
280. De rustiganorum sditionem.

281. De furta et pena finita.
282. Si quis de casa ligna furauerit.
283. De lignamen adunatum.
284. De orto.
285. De sepe.
286. De axegias.
287. De sepe stantaria.
288. De plouo.
289. De tintinno.
290. De iugo.
291. De sogas.
292. De uite uuarum.
293. De palo carracio.
294. De uite incisa.
295. De traucem uitis.
296. De uuas.
297. De ambolatorias.
298. De cabistro.
299. De rete.
300. De arbore.
301. De poma incisa.
302. De uliuo.
303. Si homo aut quoliuit peculium mortuum fuerit.
304. Si cauallus aut quoliuit peculius in clausura.
305. De fossato circa campo facto.
306. De poteo.
307. De arma.
308. De sua auctoritatem.
309. De feras.
310. De pedica.
311. De fera plagata.
312. De fera inuenta.
313. De fera celata.
314. De fera sagittata.
315. De ceruo domestico.
316. Si quis ceruum alienum intrigauerit.
317. De aues domestigas.

318. De apes.
319. Si quis de arbore signato apes tolerit.
320. De acceptores.
321. Si quis de arbore signato acceptores tulerit.
322. De canis incidatus.
323. De homine rauioso.
324. De animalibus rauiosis.
325. De quatrupedia.
326. De animalibus qui hominem intrigauerit.
327. De cauallo conducto.
328. Si animal alium occiserit.
329. De cane furato.
330. Si quis canem alienum occiserit.
331. De cane damnum faciente.
332. De uacca prignante.
333. De equa prignante.
334. De ancilla prignante.
335. De animal excoriatum.
336. De animale mortuum in flumine.
337. De cauallo plagato.
338. De coda caualli.
339. Qui cauallum alienum plagauerit.
340. Qui cauallum alienum ascenderit.
341. De disfigurato cauallo.
342. Si quis animale alieno pro suo preserit.
343. De piculium in damnum inuentum.
344. De piculio asto in damno misso.
345. Si quis porcus aut pecura asto in damnum miserit.
346. Si quis piculium de damnum ad clausura minauerit.
347. Si hominem quelibet animal secutus fuerit.
348. Si quis alium hominem rogauerit.
349. De porcus si in isca alterius pauerit.
350. De porcus si in prato fossas facientem.
351. De uerre.
352. De porcario battuto.
353. Si duo porcarii inter se rexauerint.
354. De campo alienum aratum.

355. De campo exarato.
356. De prato segato aut exarato.
357. Si quis campum alterius cum peculium delierit.
358. Non deuit eterantibus erba negare.
359. De sacramentis.
360. De uuadia et fideiussorem.
361. Si uuadia de sacramento.
362. Si quis post sacramentum iudicatum aliquis moritur.
363. De sacramentum ruptum.
364. De eo qui sacramentum repromittit.
365. De deuitum patris mortui.
366. Si aliqua inter homenis surrexerit.
367. De uuarigang.
368. De camphionibus.
369. De causas regales.
370. Si seruus regi morh fecerit.
371. De causas hominum.
372. Si seruum regi furtum fecerit.
373. De seruo regi.
374. De sculdahis.
375. De gastaldius et actoris regi.
376. De aldia aut ancilla.
377. Si quis hominem liberum unum oculum habentem excusserit.
378. Si mulier liberam in scandalum cocurrerit.
379. De cassina.
380. De piculio.
381. Si quis dixerit arga alterius.
382. Si quis inpinxerit hominem liberum.
383. Si quis hominem liberum per barbas traxerit.
384. De brachio coxa uel tibia.
385. De mundio puellę.
386. Presentis uero dispositionis nostre.
387. Si quis hominem liberum occiserit.
388. Et hoc addimus ac definimus<sup>1</sup>.

<sup>1</sup>) *In codice Vercellensi numeri capitulorum continuantur, et exhibentur capitula Grimoaldi ac Liutprandi, non additis regum nominibus. Finitur autem totus capitulorum index in numero 552, id est in ultima Liutprandi constitutione.*

Cap. 1. Si quis hominum contra animam regis cogitauerit aut consiliauerit, animae suae incurrat periculum, et res eius infiscentur.

2. Si quis cum rege de morte alterius consiliauerit, aut hominem per ipsius iussionem occiderit, in nullo sit culpabilis, nec ille nec heredes eius quoquo tempore ab illo aut heredes ipsius requisitionem aut molestia patiatur; quia postquam corda regum in manum dei credimus esse, non est possibile ut homo possit eduniare quem rex occidere iusserit.

3. Si quis foris prouincia fugire timtauerit, morti incurrat periculum, et res eius infiscentur.

4. Si quis inimicûs intra prouincia inuitauerit aut introduxerit, animae suae incurrat periculum, et res eius infiscentur.

5. Si quis escamaras intra prouincia caelauerit aut anonam dederit, animae suae incurrat periculum, aut certe conponat regi solidûs<sup>1</sup> noningentos.

6. Si quis foris in exercitum seditionem leuauerit contra ducem suum aut contra eum qui ordinatus est a rege ad exercitum gubernandi, aut aliquam partem exercetum seduxerit, sanguinis sui incurrat periculum.

7. Si quis contra inimicûs pugnando collegam suum dimiserit, aut astalin fecerit, id est si eum diceperit et cum eum non laborauerit, animae suae incurrat periculum.

8. Si quis in consilio<sup>2</sup> uel quolibet conuentu scandalum commiserit, noningentos solidûs sit culpabiles regi.

9. Si quis qualemcumque hominem ad regem incusauerit quod ad animae perteneat periculum, liceat ei qui accusatus fuerit, cum sacramentum satisfacere et se eduniare. Et si tales causa emergerit, et adest homo in praesenti qui crimen mittat, liceat eum per camfionem, id est per pugnam, crimen ipsum de super se, si potuerit, eicere. Et si ei prouatum fuerit, aut det animam, aut qualiter regi placuerit, conponat. Et si prouare non potuerit, et cognoscitur dolusae adcusassit,

<sup>1)</sup> *Cod. Sang. plerumque habet sol. uel sold.* <sup>2)</sup> *Sic Sang. et Herold.*



tunc ipse qui accusauit et prouare non potuit, uergild suo conponat, medietatem regi, et medietatem cui crimen iniectum fuerit.

10. Si quis homo liber in morte alterius consiliauerit, et ex ipso consilio mortuos non fuerit, tunc ipse consiliator conponat solidûs uiginti.

11. De consilio mortis. Si hominis liberi inter se in morte alterius consiliauerint sine regis consilio, et ex ipso tractato mortuus non fuerit, conponat unusquisque, ut supra, solidos uiginti; et si ex ipso consilio mortuus fuerit, tunc ille qui homicida est conponat ipsum mortuum sicut adpraetiatum fuerit, id est uergild.

12. Si duo aut tres fuerint hominis seu amplius liberi, et homicidium penetrauerint, et uoluerint se adunare ut in unum conponant sicut adpraetiatum fuerit, sit eis adunandi licentia. Et si aliquis se de ipsis subtraxerit et non potuerit se purificare sicut lex habet, quod nec plaga nec ferita in ipso homine qui occisus est non fecissit, tunc sit culpabiles sicut et alius qui eum conposuit [*cfr. cap. 263*]. Et si se purificauerit, sit exsolutus a culpa homicidii. Si tamen in consilio fuit, conponat, ut supra, solidos uiginti, aut certe<sup>1</sup> de ipso consilio se purificet si potuerit.

13. Si quis dominum suum occiderit, ipse occidatur. Si quis ipsum homicidam defensare uoluerit qui dominum suum occiderit, sit culpabilis<sup>2</sup> solidûs noningentos, medietatem regi, medietatem parentibus mortui; et qui illius mortui iniuriam uindicandam denegauerit solacia, si quidem rogatus fuerit, unusquisque conponat solidos quinquaginta, medietatem regi, et medietatem cui solacia denegauerit.

14. De morh. Si quis homicidium in absconse penetrauerit in barone libero, aut seruo uel ancilla, et unus fuerit aut duo tantum, qui ipsum homicidium fecerint, noningentos solidos conponat. Si uero plures fuerint, si ingenuus, qualiter in angargathungi ipsum homicidium conponat; si seruus aut libertus, conponat ipsum ut adpraetiatum fuerit.

<sup>1</sup>) certe habet Sang.; om. codd. Verc. Epor. Cav.      <sup>2</sup>) sic Sang.

Et si expolia de ipso mortuo tulerit, id est plodraup, conponat octugenta solidûs.

15. De crapuorfin. Si quis sepulturam hominis mortui ruperit, et corpus expoliauerit aut foris iactauerit, nongentos soledos sit culpaueis parentibus sepulti. Et si parentis proximi non fuerint, tunc gastaldius regis aut sculdahis requirat culpa ipsa, et ad curte regis exegat.

16. De rairaub. Si quis hominem mortuum in flumine aut foris inuenerit, aut expoliauerit et celauerit, conponat parentibus mortui solidos octoginta. Et si eum inuenerit et expoliauerit, et mox uicinibus patefecerit, et cognoscitur quod pro mercedis causa, nam non furtandi animo fecit, reddat spolia quas super eum inuenit, et amplius ei calumnia non generetur.

17. Si quis ex baronibus nostris ad nos uoluerit uenire, securus ueniat, et inlesus ad suos reuertatur; nullus de aduersarius illi aliquam in itinere iniuria aut molestiam facere presumat. Tantum est ut ille qui ad regem uenire festinat, honeste ueniat, et nullam lesionem aut damnum cuicumque in ipso itinere ad regem ueniendum aut redeundum faciat; nam si ficerit, sicut subter in hoc edictum constitutum est conponat.

18. Si quis ex aduersariis manum armatam super quemcumque ad regem uenientem iniecerit, suam iniuriam aut qualemcumque culpam uindicandam, noningentos<sup>1</sup> solidûs sit culpabilis, medietatem regi, et medietatem cui iniuria inlata fuerit.

19.<sup>2</sup> Si quis pro iniuria sua uindecanda super quemcumque cum mano armata cocurrerit, aut exercitum usque ad quattuor homines in uico intrauerit, ille prior pro inlecita praesumptione mmoriatur, aut certe conponat solidos noningentos, medietatem regi, et medietatem cui iniuria inlata fuerit. Set<sup>3</sup> et illi qui cum ipso fuerint, si liberi sunt, unusquisque octugenta solidûs conponat, medietatem regi, et

<sup>1</sup>) nonig. *cod. Sangall.*

<sup>2</sup>) *Cap. 19 multis mutatis allegatur a Gregorio V, can. 8. C. 12. qu. 2.*

<sup>3</sup>) *sit solus Sang. insertum habet.*

medietatem cui iniuriam passum est: excepto si in ipso uico casas incenderint aut hominem occiserint, secundum qualiter adpreciatum fuerit ita conponatur illi, cuius casas incensas aut parentes aut seruus occisus fuerit.

20. Si quis de exercitales ducem suum contempserit ad iustitiam, uiginti solidos conponat regi et duci suo.

21. Si quis in exercito ambolare contempserit aut in sculca, dit regi et duci suo solidos 20.

22. Si quis de ipso exercito duci<sup>1</sup> suo ad iustitia persequenda denegauerit solatium, unusquisque conponat regi et duci suo solidos uiginti.

23. Si dux exercitalem suum molestauerit iniuste, gastaldius eum solatiet, quousque ueritatem suam inueniat, et in praesentiam regis aut certe aput ducem suum ad iustitiam perducatur.

24. Si quis gastaldius exercitalem suum molestauerit contra rationem, dux eum solaciet, quousque ueritatem suam inueniat.

25. Si quis res suas ab alio in exercitu requisierit, et noluerit illi reddere, tunc ambulit ad ducem; et si dux illi aut iudex qui in loco ordinatus est a rege, ueritatem aut iustitiam non seruauerit, conponat regi et cui causa est, solidos uiginti, causa manente.

26. De ueguuorin, id est hor-bitariam<sup>2</sup>. Si quis mulieri libere aut puellae in uia se anteposuerit, aut aliqua iniuria intulerit, noningentos solidos conponat, medietatem regi, et medietatem cui ipsa iniuria inlata fuerit, aut mundius de ea pertenuerit.

27. Si quis homini libero uiam antesteterit, uiginti solidos ei conponat, sic tamen ut aliquam lesionem in carnem ipsius non faciat; nam si fecirit, et uiginti solidos pro eo quod antestetit conponat, et plagas aut feritas si ficerit, sicut subter in hoc edictum adnexum est [*cap. 43...128*] conponat.

<sup>1</sup>) Hoc uerbum a Sang. resecatum est.    <sup>2</sup>) Sic legendum esse in indice maioris editionis s. v. corbitaria conieci. Significat enim, ni fallor, stupri adpetitionem.

28. Si quis seruum alienum aut ancillam seu haldium aut libertum uiam antesteterit, uiginti solidos domino eius conponat.

29. Si quis messem suam aut pratum seu qualibet clausura uindicanda homini prohibuerit, id est antesteterit ut non ingrediatur, non sit culpabiles sicut ille qui hominem sempleciter uiam ambolantem antesteterit, eo quod laborem suum uindicauit.

30. De marah—uorfin. Si quis hominem liberum de cauallo in terra iactauerit per quolibet ingenio iniquo animo, octuginta solidûs ei conponat; et si aliquam lesionem ei fecerit, sicut in hoc edictum adnexum est [*cap. 45...128*] conponat.

31. De uualopaus. Si quis homini libero uiolentia iniuste fecerit, id est uualopaus, octugenta solidos ei conponat. Walopaus est, qui se furtim uestimentum alium induerit, aut se caput latrocinandi animo aut faciem transfigurauerit.

32. De homine libero, si nocte in curte alterius inuentus fuerit et non dans manus ad legandum occidatur, a parentibus non requiratur. Et si manus dederit ad legandum se, et legatus fuerit, dit pro se octuaginta solidos: quia non conuenit rationi, ut homo noctis tempore in curtem alienam silentium aut absconse ingrediatur; sed si qualecumque utilitatem habet, antequam ingrediatur claudit.

33. Si seruus in curte aliena noctis tempore inuentus fuerit, et non dans manus occidatur, non requiratur a domino; et si manus dederit et legatus fuerit, liberet se cum quadragenta solidos.

34. Si quis in curte aliena irato animo sagittauerit aut lancia iactauerit, aut de foris sepe alium plagauerit intra curtem, conponat solidos uiginti; excepto conpositionis placarum aut feritas si fecerit, sicut in hoc edictum legitur [*cap. 43...128*] persoluat.

35. De scandalum. Si quis in ecclesia scandalum penetrauerit, quadragenta solidos ipsius uenerabilis loci sit culpauelis, excepto plagas aut feritas cui fecerit. Et predicti quadragenta solidi per sculdhais aut iudicem qui in loco

ordinatus fuerit exegantur, et in sacro altario ponantur, ubi iniuria facta est.

36. Si quis intra palatium regis, ubi rex praesens est, scandalum penetrare praesumpserit, animae suae incurrat periculum, aut redimat anima sua, si optenere potuerit a rege.

37. Si quis liber homo in eadem ciuitatem ubi rex praesens est, aut tunc inuenitur esse, scandalum penetrare praesumpserit, id est si incitauerit et non percusserit, sit culpabiles solidos duodicem in palatium regis. Nam si perfecit et percusserit, sit culpabiles in palatium regis solidos uiginti et quattuor; excepto plagas aut feritas si fecerit, sicut subter [cap. 43...128] adnexum est conponat.

38. Si seruus in eadem ciuitatem, in qua rex tunc inuenitur esse, scandalum incitauerit, sit culpabiles in palatio regis solidos sex. Et si percusserit, sit culpabilis in palatium solidos duodicem, excepto feritas aut conpositiones plagarum, sicut in hoc edictum legitur.

39. Si liber homo in alia ciuitatem scandalum incitare praesumpserit, et non percusserit, sit culpabiles in palatio regis solidos sex. Si autem percusserit aut plagauerit, sit culpabiles in palatium regis solidos duodicem: excepto conpositionem plagarum aut feritas si fecerit, sicut in hoc edictum legitur conponat.

40. Si seruus in alia ciuitatem scandalum conmiserit, sit culpabiles in palatium regis solidos tres; si autem plagas aut feritas fecerit, sit culpabiles in palatium regis solidos sex, excepto plagas aut feritas cui fecerit conponat.

41. De homine libero battuto. Si quis homine libero insidiatus fuerit cum uirtute aut solatio, uedens eum inparatum simpliciter ambolantem aut stantem, subito super eum adueniens, et turpiter eum tenuerit et battuerit sine iussione regis, medietatem pretii ipsius ac si eum occidissit ei conponat, eo quod in turpe et in derisiculum ipsius eum male tractauit.

42. De homine libero legato. Si quis hominem liberum legauerit absque iussionem regis sine causa, duas partis praetii ipsius, tamquam si eum occidisset, ei conponat.

43. De ferita aut percussura hominis liberi. Si quis hominem liberum subito surgente rexa percusserit, et liborem aut uulnus fecerit, pro una ferita conponat ei solidos tres; si duas fecerit, solidos sex; si tres fecerit, solidos nouem; si quattuor fecerit, solidos duodicem; si uero amplius durauerit, feritas non numerentur, et sit sibi contemptus.

44. Si quis alium pugno percusserit, conponat ei solidos tres; si alapas, solid. sex.

45. De feritas et conpositionis plagarum, quae inter hominis liueros eueniunt, per hoc tinorem, sicut subter adnexum est conponantur, cessantem faida hoc est inimicitia.

46. Si quis alii plagam in caput fecerit, ut cutica tantum rumpatur, quod capilli cooperiunt, conponat solidos sex; si duas plagas fuerint, conponat solidos duodicem; si usque tres fuerint, conponat solidos decem et octo; si uero amplius fuerint, non numerentur, nisi istas tres conponantur.

47. Si quis alium plagauerit in caput, ut ossa rumpantur, pro uno osso conponat solidos duodicem; si duo fuerint, conponat solidos uiginti et quattuor; si tres ossas fuerint, conponat solidos trigenta et sex; si super fuerint, non numerentur. Sic ita, ut unus ossus tales inueniatur, qui ad pedes duodicem supra uiam sonum in scutum facere possit, et ipsa mensura de certo pede hominis mediocris mensuretur, nam non ad manum.

48. De oculo euulso. Si quis alii oculum excusserit, pro mortuum adpretietur, qualiter in angar-gathungi, id est secundum qualitatem personae; et medietas praetii ipsius conponatur ab ipsum, qui oculum excusserit.

49. De naso absciso. Si quis alii nasum absciderit, medietatem pretii ipsius conponat, ut supra.

50. De labro absciso. Si quis alii labrum absciderit, conponat solidos sedicem, et si dentes apparuerint unus duo aut tres, conponat solidos uiginti.

51. De dentes priores. Si quis alii dentem excusserit,

qui in risu apparit, pro uno dentem dit solidos sedicem; si duo aut amplius fuerint in risu apparentis, per hoc numero conponantur et adpretietur.

52. De dentes maxillares. Si quis alii dentem maxillarem unum aut plures excusserit, per unum dentem conponat solidos octo.

53. De aure abscisa. Si quis alii aurem absciderit, quartam partem pretii ipsius ei conponat.

54. De plaga in facie. Si quis alii plagam in faciem fecerit, conponat ei solidos sedicem.

55. De plaga in naso. Si quis alii plagam in nasum fecerit, conponat ei solidos sedicem, si resolidauerit, ut tantum ceatrix appareat.

56. De plaga in aurem. Si quis alii plagam in aurem fecerit, conponat solidos 16, si resolidauerit.

57. De brachio transforato. Si quis alium in brachio punxerit et transforauerit, conponat solidos 16.

58. Si quis alii brachium punxerit et non transforauerit, conponat solidos octo.

59. Si quis alium intra capsum plagauerit, conponat solidos uiginti.

60. De plaga in coxa. Si quis alium in coxa plagauerit aut punxerit, si transforatum fuerit, conponat solidos 16; si autem transforatum non fuerit, conponat solidos octo.

61. De numero plagarum. Si plures plagas fuerent, usque ad tres tantummodo numerentur, et per unamquamque plagam conponantur ut supra; nam amplius si fuerent, non conponantur.

62. De incisione manus. Si quis alii manum absciderit, medietatem pretii ipsius, sicut adpretiatus fuerit, ac si eum occidisset, ei conponat; et si sic siderauerit et non perexcusserit a corpore, quartam partem praetii ipsius ei conponat.

63. De digita manus. Si quis alii pollicem de manu excusserit, sexta partem pretii ipsius, quod homo ipse adpraetiatum fuerit si eum occidisset, ei conponat.

64. De secundum digitum. Si quis alii secundum digitum de manu excusserit, conponat solidos sedicem.

65. De tertium digitum. Si quis alii tertium digitum de manu excusserit, quod est medianus, conponat solidos quinque.

66. De quartum digitum. Si quis alii quartum digitum excusserit, conponat solidos octo.

67. De quinto digitum. Si quis quintum digitum excusserit, conponat solidos sedicem.

68. De incisione pedum. Si quis alii pedem excusserit, medietatem praetii ipsius ei conponat; et si sideratus fuerit et non perexcusserit, quarta parte praetii ipsius ei conponat.

69. De policem pedis. Si quis alii policem de pede excusserit, conponat solidos sedicem.

70. De secundo digito. Si quis alii secundum digitum de pede excusserit, conponat solidos sex.

71. Si tertium digitum pedis excusserit, conponat solidos tres.

72. Si quartum digitum excusserit, conponat solidos tres.

73. Si quintum digitum pedis excusserit, conponat solidos duo.

74. In omnis istas plagas aut feritas superius scriptas, quae inter hominis liberos euenerint, ideo maiorem compositionem posuimus quam antiqui nostri, ut faida, quod est inimicitia, post accepta suprascripta compositione postponatur, et amplius non requiratur, nec dolus teneatur, sed sit sibi causa finita, amicitia manentem. Et si contigerit de ipsas plagas intra anni spatium qui plagatus est mori, tunc ille qui eum plagauit conponat, qualiter in angar-gathungi, id est secundum qualitatem personae.

75. De infante, si in utero matris occisus fuerit. Si infans in utero matris suae nolendo occisus fuerit ab aliquem: si ipsa mulier libera est et euaserit, adpraetietur ut libera secundum nobilitatem suam, et medietatem quod ipsa ualuerit, infans ipse conponatur. Nam si mortua fuerit, conponat eam secundum generositatem suam, excepto quod



in utero eius mortuum fuerit, ut supra, cessante faida, eo quod nolendo fecit.

76. De haldiùs et seruùs menisteriales. De illos uero menisteriales dicimus, qui docti domui nutriti aut probati sunt.

77. Si quis haldium alienum aut seruum menesterialem percusserit, si uulnus aut libor apparuerit, pro una ferita conponat sol. unum; si duas fecerit dit solidos duo; si tres fecerit dit solidos tres; si quattuor ficerit dit solidos quattuor; si uero amplius durauerit, non numerentur.

78. Si quis haldium alienum aut seruum minesterialem plagauerit in caput, ut ossa non rumpantur, pro una plaga dit solidos duo; si duas plagas fecerit, dit solidos 4, excepto operas et mercedes medici; si uero amplius plagas capitis fecerit, non numerentur.

79. Si quis haldium alienum aut seruum ministerialem plagauerit in caput, ut ossa rumpantur unum aut plures, conponat solidos quattuor, excepto operas et mercedes medici.

80. De plaga in faciem. Si quis alidium alienum aut seruum ministerialem plagam in faciem fecerit, conponat solidos duo.

81. De oculo euulso. Si quis haldium alienum aut seruum ministerialem oculum excusserit, medietatem pretii ipsius quod adpretiatus fuerit, si eum occidisset, ei conponat.

82. De nasum abscisum. Si quis haldium alienum aut seruum ministerialem nasum absciderit, conponat solidos octo, excepto operas et mercedes medici.

83. De aure abscisa. Si quis haldium alienum aut seruo ministeriale aurem absciderit, conponat solidos duos, excepto operas et mercedis medici.

84. De labro absciso. Si quis haldium alienum aut seruum ministerialem labrum absciderit, ut dentes appareant, conponat solidos sex, excepto operas et mercedis medici.

85. De dentes excussos. Si quis haldium alienum aut seruum ministerialem dentem excusserit unum aut plures in

risu apparentes, pro unum dentem conponat solidos quattuor; si plures fuerint, per hoc nomiro conponantur.

86. De dentes maxillares. Si quis maxillares dentes excusserit, pro uno maxillare conponat solidos duo; si uero plures fuerint, per hoc nomiro conponantur.

87. De brachium ruptum. Si quis haldium alienum aut seruum ministerialem brachium ruperit, conponat solidos sex, excepto operas et mercedes medici.

88. De manu abscisa. Si quis haldium alienum aut seruum ministerialem manum absciderit, medietatem pretii ipsius conponat.

89. De digita manus. Si quis haldium alienum aut seruum menesteriali pollicem de manu excusserit, conponat solidos octo, excepto operas et mercedes medici.

90. Si secundum digitum de manu excusserit, conponat solidos sex.

91. Si tertium digitum de manu excusserit quod est medianum, conponat solidos duo.

92. Si quartum digitum de manu excusserit, conponat solidos duo.

93. Si quintum digitum de manu excusserit, conponat solidos quattuor.

94. De coxa rupta. Si quis haldium alienum aut seruum ministeriali coxa ruperit aut tibia, conponat solidos tres, excepto operas et mercedes medici.

95. De pede absciso. Si quis haldium alienum aut seruum ministeriali pedem excusserit, medietatem praetii ipsius conponat.

96. De digita pedum. Si quis haldium alienum aut seruum menesterialem pollicem de pede excusserit, conponat solidos quattuor, excepto operas et mercedes medici.

97. Si quis haldium alienum aut seruum ministeriali secundum digitum pedis excusserit, conponat solidos duo.

98. Si tertium digitum de pede excusserit, conponat solidos duo.

99. Si quartum digitum de pede excusserit, conponat solidum unum.

100. Si quintum digitum de pede excusserit, conponat solidum unum.

101. De plaga intra capsum. Si quis haldium alienum aut seruum ministeriali plagam intra capso aut sagitta iniecta aut cum qualebit arma fecerit, conponat solidos sex, excepto operas et mercedes medici.

102. De brachio aut coxa transforata. Si quis haldium alienum aut seruum ministeriali brachium aut coxa transforauerit, conponat solidos tres, excepto operas et mercedes medici; et si sic plagauerit et non transforauerit, conponat solido unum.

103. De seruûs rusticanûs. Si quis seruum rusticanum alienum plagam in caput fecerit, ut cutica tantum rumpatur, pro una plaga dit solidum unum, pro duas dit solidos duo, excepto operas et mercedes medici; si uero amplius plagas capitis fuerint, non numerentur. Si autem ossa ruperit unum aut plures, conponat solidos tres; amplius non numerentur.

104. De plaga in faciae. Si quis seruum alienum rusticanum plagam in faciae fecerit, conponat solidum unum.

105. De oculo euulso. Si quis seruum alienum rusticanum oculum excusserit, medietatem praetii ipsius, quod adpraetiatum fuerit, si eum occidissit, dominum eius conponat.

106. De naso absciso. Si quis seruum alienum rusticanum naso absciderit, conponat solidos quattuor, excepto operas et mercedes medici.

107. De aure abscisa. Si quis seruum alienum rusticanum aurem absciserit, conponat solidos duo, excepto operas et mercedis medici.

108. De labro absciso. Si quis seruum alienum rusticanum labrum absciderit, ut dentes appareant, conponat solidos tres.

109. De dentes. Si quis seruum alienum rusticanum dentem excusserit, qui in riso apparit, conponat pro uno dente solidos duo, pro maxillare uero solido uno; si autem amplius fuerint, per hoc nomiro conponantur.

110. De brachio aut coxa transforata. Si quis seruum alienum rusticanum brachium aut coxa transforauerit,

conponat solidos duo; si autem plagam fecerit et non transforauerit, conponat solido uno, excepto operas et mercedes medici.

111. De plaga, que intra capso fiet. Si quis seruum alienum rusticanum intra capso plagauerit, conponat solidos tres, excepto operas et mercedes medeci.

112. De brachio coxa aut tibia rupta. Si quis seruum alienum rusticanum brachio coxa aut tibia ruperit, conponat solidos tres, excepto operas et mercedes medici. Et si ipsa ruptura intra anni spatium sanas factas non fuerint, et ad pristinam non redierit sanitatem, quartam partem quod ipse ualuerit, domino eius conponat.

113. De manum abscisam. Si quis seruum alienum rusticanum manum absciderit, medietatem pretii ipsius domino eius conponat.

114. De digita manus. Si quis seruum alienum rusticanum pollicem de manu excusserit, conponat solidos quatuor.

115. Si secundum digitum de manu excusserit, conponat solidos tres.

116. Si tertium digitum de manu excusserit, conponat solidum unum.

117. Si quartum digitum de manu excusserit, conponat solidum unum.

118. Si quintum digitum de manu excusserit, conponat solidos duos, excepto operas et mercedes medici.

119. De pede seruo rustigano absciso. Si quis seruum alienum rustiganum pedem absciderit, medietatem pretii ipsius conponat ut supra.

120. De digita pedum. Si quis seruum alienum rustiganum pollicem de pede excusserit, conponat solidos duo.

121. Si secundum digitum de pede excusserit, conponat solido uno.

122. Si tertio digito de pede excusserit, conponat solido uno.

123. Si quarto digito excusserit, conponat solido medio.

124. Si quintum digitum pedis excusserit, conponat solido medio.

125. De seruo rusticano battudo. Si quis seruum alienum rusticanum percusserit, pro unam feritam, id est pul-slahi, si uulnus aut libor apparuerit, conponat solido medio; si uero usque quattuor feritas fuerit, conponat solidos duo; amplius si fuerit, non numeretur.

126. Si membrum sideratum fuerit. Si de plagas aut de suprascriptas feritas haldii aut serui ministerialis, seu serui rusticani atque haldias aut ancillas, manus aut pedis uel quolibet membrum, qui plagatus aut percussus est, sideratum fuerit, et non perexcusserit, simili modo conponatur tamquam si eum perexcussissit.

127. Omnes uero plagas aut feritas tam de haldiûs quam et de seruûs ministeriales, seu serui rusticani atque haldias aut ancillas, que inter eos euenerint, per hoc tinore sicut supra scriptum est finiatur. Si autem de aliquas dubietas fuerit, quod euadere aut citius sanari non possint, tunc medietatem pretii de plaga quod arbitratum fuerit, dominus accipiat; reliqua uero medietas suspendatur, dum usque cognoscitur, si intra anni spatium potest de ipsis plagis euadere. Si euaserit, quod reliquum est conpleatur; si autem de ipsas plagas mortuus fuerit intra anni spatium, sicut subter adnexum est [*cap.* 129...137], ita domino conponatur; et quod pro plaga acceptum est, in ipsa summa conpositionis mortui reputetur.

128. De eo qui plagas fecerit. Qui plagas fecerit, ipse querat medicûs, et si neclexerit, tunc ille qui plagatus est aut dominus eius inueniat medicum. Et ille qui caput rumpit aut suprascriptas plagas fecit, et operas reddat et mercedes medici persoluat, quantum per doctos homines arbitratum fuerit.

129. De haldio<sup>1</sup> occiso. Si quis haldium<sup>1</sup> occiderit, conponat solidos sexagenta.

130. De seruo ministeriale occiso. Si quis seruum alienum ministerialem occiserit probatum, ut supra [*cap.* 76], aut doctum, conponat solidos quinquagenta.

<sup>1)</sup> Sic etiam hoc loco cod. Paris. 4614.

131. De alio uero minesteriale, qui secundus ei inuenitur, tamen nomen minesteriale habet, si quis occiderit, conponat solidos uiginti et quinque.

132. De seruo massario occiso. Si quis seruum alienum massario occiderit, conponat solidos uiginti.

133. De bouulco occiso. Si quis seruum alienum bouulco de sala occiserit, conponat solidos uiginti.

134. De seruo rusticanum qui cum massario est. Si quis seruum alienum rusticanum qui cum massario est occiserit, conponat solidos sedicem.

135. De pastore occiso. Si quis porcarium alienum occiserit, magestrum tamen illum, qui sub se discipulos habit duo aut tres aut amplius, conponat solidos quinquaginta. De inferiores autem porcarios, si quis occiderit, conponat solidos uiginti et quinque.

136. De pecorario caprario seu armentario occiso, magistro tamen, si quis occiderit, conponat uiginti solidos. Pro discipulos autem, qui sequentes sunt, si quis occiderit, conponat solidos sedicem. De illos uero pastoris dicimus, qui ad liberos homines seruiunt, et de sala propria exeunt.

137. Si infans paruus de massario occisus fuerit. Si quis infantem paruulum de seruo massario casu facientem occiderit, arbitretur a iudice secundum qualem aetatem habuit, aut qualem lucrum facere potuit: ita conponatur.

138. De arbore communiter inciso homineque occiso. Si duo aut tres aut plures homines arborem unum inciserint, et alium hominem superuenientem ex ipsum arborem occiserint, aut quodlibet damnum ficerint, tunc incidentes arborem, quanticumque fuerint, ipsum homicidium aut damnum pariter conponant. Et si caso faciente ab ipso arbore aliquis ex ipsis qui incidunt, mortuus fuerit, si duo fuerint collegantes, medietas praetii reputetur illi mortui, et medietatem reddat parentibus collegas ipsius; et si plures fuerint, idem modo portio una reputetur illi mortui et quanticumque fuerint uiui, reddant simul summa praetii, cessante faida, ideo quia nolendo fecerunt.

139. De uenenum temperatum. Si quis homo liber aut mulier uenenum temperauerit et alii ad biuendum dare uoluerit, conponat solidos uiginti, sicut ille qui de morte alterius consiliatus fuerit.

140. Si liber aut libera uenenum alii dedit ad biuendum, et qui acceperit, ex ipso ueneno mortuus non fuerit, conponat qui uenenum dedit, medietatem praetii ipsius, quod adpraetiatus fuerit, si eum occidissit.

141. Si quis uenenum ad biuendum dedit, et qui acceperit, mortuus fuerit, praetium mortui secundum qualitatem personae in integro conponat.

142. Si seruus uel ancilla uenenum alecui dedit, et ille qui accepit mortuus non fuerit, conponat dominus serui uel ancillae medietatem praetii ipsius, quod ualuerit qui accepit; et per omnia ipse seruus uel ancilla in ipsa conpositione pro quantum adpraetiatus fuerit, ad occidendum tradatur. Et si mortuus fuerit, qui accepit, tunc dominus serui uel ancille ipsum hominem in integrum conponat, sic tamen ut seruus aut ancilla in ipsa conpositione pro quantum adpraetiatus fuerit, ad occidendum tradatur, et nulla sit redemptio aut excusatio mortis serui uel ancille.

143. De eo qui post accepta conpositione se uindicauerit. Si homo occisus fuerit liber aut seruus, et pro homicidio ipso conpositio facta fuerit, et pro ampotandam inimicitia sacramenta prestita: et postea contegerit, ut ille qui conpositionem accepit, se uindicandi causam occiderit hominem de parte, de qua conpositionem accepit: iubemus ut in dublum reddat ipsam conpositionem iterum parentibus aut domino serui. Simili modo de plagas aut feritas, qui post conpositionem acceptam se uindicare temptauerit, in dublum quod accepit, restituat; excepto si hominem occiderit, conponatur ut supra.

144. De magistros commacinos. Si magister commacinus cum collegantes suos cuiuscumque domum ad restaurandam uel fabricandam super se, placitum finito de mercedes, susceperit, et contigerit aliquem per ipsam domum aut materium elapsam aut lapidem mori, non requiratur a domino, cuius

domus fuerit, nisi magister commacinus cum consortibus suis ipsum homicidium aut damnum conponat; quia postquam fabulam firmam de mercedis pro suo lucro suscepit, non inmerito damnum sustinet.

145. De rogatos aut conductos magistros. Si quis magistrum commacinum unum aut plures rogauerit aut conduxerit ad opera dictandum aut solatium diurnum prestandum inter seruûs suos, domum aut casa sibi facienda, et contegerit per ipsam casam aliquem ex ipsis commacinis mori, non requiratur ab ipso cuius casa est. Nam si cadens arbor aut lapis ex ipsa fabrigam occiderit aliquem extraneum, aut quodlebit damnum fecerit, non repotetur culpa magistris, sed ille qui conduxit, ipse damnum susteneat.

146. De incendio. Si quis casam alienam asto animo, quod est uolontarie, incenderit, in treblum restituat ea, quod est sibi tertia, sub extimatione pretii cum omnem intrinsecus, quidquid intus crematus fuerit, que uicini bone fidei homines adpraetiauerint, restauret. Et si aliqua de intrinsecus domui orta fuerit intentio, tunc ille qui damnum pertulit, iuratus dicat, quantum in eadem casa perdidit: omnia, ut dictum est, in treblum ei restituatur ab illo, qui uolontariae huius mali penetrauit.

147. De fogum foris nouem pedes a fogolarem portatum. Si quis focum super nouem pedes a focularem portauerit, et damnum ex ipso focum sibi aut alterius factum fuerit, ipse qui portauit, damnum conponat ferquido, id est similem, ideo quia nolens fecit. Et si intra ipsos nouem pedes, quod est de focularem damnum facere sibi aut alterius contigerit, non ei reputetur.

148. Si quis focum foris in itenere ficerit, antequam egrediatur, extinguat eum et non neclegenter dimittat. Nam si contigerit post egressum ipsius alicui ex ipsum focum damno aut lesione ficerit, ipse qui eu mficerit et neclegenter dimisit, damnum sicut arbitratum fuerit, caput tantum conponat; sic tamen ut post relictum foco, qua ora eum reliquerit, usque ad aliam talem oram diei aut noctis conpotetur, quod sunt oras uiginti et quattuor. Nam si contegerit



transire ipso focus super publica uia aut riuo, damnum si ficerit, non ei requiratur, qui foco demisit.

149. De molino incenso. Si quis molinum alterius asto incenderit, id est uoluntariae, in treblum eum restituat sub stimationem rei cum omnia, quae intus cremata sunt.

150. De molino capellato. Si quis molinum alterius cappellauerit aut sclusa ruperit sine auctoritatem iudicis, conponat solidos duodicem illi, cuius molinus esse inuenitur. Et si iudicem interpellauerit, et iudex dilatauerit ipsa causa deliberare, aut licentiam dederit auerse parti ipsum molinum euertendi, conponat solidos 20 in palatio regis, districtus ab stolesazo.

151. Si quis molinum in terram alienam aedificauerit, et suum probare non potuerit, amittat molinum et omnem operam suam, et ille habeat, cuius terram aut ripam esse inuenitur; quia omnes scire debent, quod suum non alienum est.

152. Si operarius ab alio rogatus in opera mortuus fuerit. Si quis operarius conduxerit aut rogauerit in opera, et casu faciente contigerit unum ex ipsis aut in aqua mori, aut fulmine percuti, aut a uento arbore mouito aut propria morte mori, non requiratur ab eo, qui conduxit aut rogauit: tantum est, ut per ipsius factum qui conduxit, aut hominibus eius non moriatur. Et si a quocumque unus horum occisus fuerit aut lesus, ipse conponat, qui eum occiserit aut leserit.

#### INCIPIT DE FILIIS LEGITIMIS.

153. De gradibus cognationum. Omnis parentilla usque in septimum geniculum nomeretur, ut parens parenti per gradum et parentillam heres succedat; sic tamen ut ille qui succedere uult, nominatim unicuique nomina parentum antecessorum suorum dicat. Et si intentio fuerit contra curtis regis, tunc ille, qui querit, preueat sacramentum cum legitimis sacramentalibus suis; dicat per ordinem: quod parentilla nostra sic fuit, et illi sic nobis fuerunt parentes, quomodo nos dicimus.

154. De filiis legitimis et naturalis. Si quis dereliquerit filium legitimum unum, quod est fulborn, et filius naturalis unum aut plures, filius legitimus tollat duas portiones de patris substantia, naturalis tertiam. Si duo fuerint legitimi, habeant naturales quintam partem, quanticumque fuerent; si tres fuerent legitimi, habeant naturales septimam partem; si quattuor fuerent legitimi, habeant naturales nonam partem; si quinque fuerent legitimi, habeant naturales undecimam partem; si sex fuerent legitimi, habeant naturalis tertiam decimam partem; si septem fuerint legitimi, habeant naturales quintam decimam partem; si autem plures fuerint, per hoc numero diuidant patris substantia.

155. Nulli sit licentia, naturales filius aequales aut consemelis facere legitimis filiis, nisi si filii legitimi post completam legitimum aetatem patri consenserint. Legitima aetas est, postquam filii duodecim annis habuerint.

156. De filio naturale, qui de ancilla alterius natus fuerit, si pater comparauerit eum, et liberum thingauerit, libertas illi permaneat. Et si non libertauerit eum, sit seruus, cuius et mater ancilla. Nam si eum comparauerit, et aliquid de res ei per legem thingauerit, habeat ipsas res.

157. De eo qui de filio naturale generatus fuerit, quod est threus, heres non fiat, nisi ei thingatum fuerit per legem; et si thingatus non fuerit aliquid de res, tamen libertas illi permaneat.

158. Si quis dereliquerit filiam legitimam unam et filium naturalem unum aut plures, et alios parentes proximos aut heredis, aequaliter diuidant substantiam defuncti, id est in tres partes: filia legitima accipiat uncias quattuor, quod est tertia pars; naturalis filii uncias quattuor, quod est tertia pars, et parentis proximi aut heredis uncias quattuor, id est tertia pars. Et si parentes proximi non fuerint, tunc curtis regia suscipiat ipsas quattuor uncias.

159. Si quis dereliquerit filias legitimas duas aut plures, et filius naturalis unum aut plures, et alios parentes proximos ut supra, illas filias tollant uncias sex, quod est medietas; naturalis filii uncias quattuor, quod est tertia pars;

et parentes legitimi uncias duas, quod est sexta pars; et si parentes non fuerint, curtis regia ipsas duas uncias suscipiat.

160. Si quis dereliquerit filias legitimas unam aut plures, et sorores legitimas unam aut plures, et filiùs naturalis unum aut plures, tollant filiae et sorores inter se aequaliter diuidendum uncias sex, quod est medietas, naturalis filii uncias quattuor, quod est tertia pars, et duas uncias parentes legitimi, aut curtis regia si parentes legitimi non fuerint, quod est sexta pars. Pro mundio autem superscriptarum tollant naturales filii tertiam partem, et heredes legitimi aut curtis regia partes duas.

161. De mundio inter legitimos et naturales. Si fuerint filii legitimi et filii naturales et sorores tam legitimas quam naturales, pro mundio earum tollant legitimi filii partes duas, naturales uero partem tertiam.

162. Si fuerint filii legitimi et naturales duo aut plures, et contegerit casus, ut unus ex naturales occisus fuerit, tollant legitimi fratres pro conpositione illius partes duas, naturalis uero qui remanserint, partem tertiam. Facultatem uero illius mortui ad legitimos fratres reuertatur, nam non ad naturalis. Ideo ita preuidemus propter faida posponenda, id est inimicitia pacificanda.

163. Si quis in mortem parentis sui insidiatus fuerit, id est si frater in mortem fratris sui, aut barbanis, quod est patruus, seu consubrini insidiatus aut consiliatur fuerit, et ille cui insidiatur, filiùs non dereliquerit, non sit illi heredes cuius de anima tractauit, nisi alii parentes proximi; et si parentis aliùs proximùs aut legitimùs non habuerit, tunc illi curtis regia succedat. De anima autem illius homicidae sit in potestatem regis iudicare quod illi placuerit; res uero quas homicida reliquerit, parentes proximi et legitimi habeant; et si parentis non habuerit, tunc res ipsius curti regiae socientur.

164. Si quis de alio dixerit, quod de adulterio natus sit. Si quis ex parentibus, id est barbas, quod est patruus, aut quicumque ex proximis dixerit de nipote suo aut consubrino doloso animo, quod de adulterio natus sit, nam non

de certo patre: tunc ille cui crimen mittitur, quaerat sibi liberos sacramentales, et praebeat sacramentum quod filius legitimus sit et per lege res ipsas ad eum pertineat, nec alteri eam per legem dimittere debeat; si hoc fecerit, habeat et fruatur, quia graue et impium uidetur esse, ut talis causa sub uno scuto per pugnam dimittatur.

165. Si quis dixerit de uxorem alienam, quod mundius ad ipsum pertineat, nam non ad maritum, tunc ille qui eam habet uxorem, praebeat sacramentum cum legitimos sacramentales suos duodicem, quod de certo domino mundium ipsius fecisset, et non eum alteri per legem dimittere debeat; si hoc fecerit, habeat et fruatur. Quia iniustum uidetur esse, ut tam grandis causa sub uno scuto per pugna dimittatur.

166. De suspicionem in maritum quod uxorem suam occidisset. Si suspectio fuerit, quod maritus uxorem suam occidisset, ita decernimus, ut purificet se maritus cum sacramentales suos legitimos, quod mixtus in morte ipsius mulieris non fuisset, nec per se, nec per subposita persona, et sit exsolutus ab hoc crimen. Quia absurdum et impossibile uidetur esse, ut talis causa sub uno scuto per pugnam dimittatur.

167. De fratres, qui in casam cummunem remanserent. Si fratres post mortem patris in casa commune remanserint, et unus ex ipsis in obsequium regis aut iudicis aliquas res adquesiuerit, habeat sibi in antea absque portionem fratrum; et qui foras in exercitum aliquit adquisiuerit, commune sit fratribus quod in casa commune dimiserit. Et si quis in suprascriptis fratribus gairethinx fecerit, habeat in antea cui factum fuerit. Et qui ex ipsis uxorem duxerit, et de rebus communes meta data fuerit; quando alteri idem uxorem tollere contegerit, aut quando ad diuisionem faciendam uenerit, simili modo de cumqnes rebus ei refundatur aliut tantum, quantum frater in meta dedit. De paterna autem uel materna substantia quod relicum fuerit, inter se aequaliter diuidant.

168. De exhereditatione filiorum. Nulli liceat sine certas culpas lium suum exhereditare, nec quod ei per legem debetur, alii thingare.

169. De iustas culpas. Iustas autem culpas exhere-

ditandi filium has esse dicimus: si filius contra animam aut sanguinem patris insidiatus aut consiliator fuerit, aut si patrem percusserit uolontariae, aut si cum matrinia sua, id est noberca, peccauerit, iuste a patre exhereditetur.

170. Item sicut nec patribus licitum est filium suum sine iusta causa aut culpa exhereditare, ita nec filiùs leceat uiuo patre cuicumque res suas thingare aut per quodlebet titulum alienare, nisi forte filiùs aut filias legitimas, aut filiùs naturalis reliquerit, ut ipsis secundum legem suam conseruet.

171. Si quis se desperauerit aut propter senectutem aut propter aliquam infirmitatem corporis, filiùs non possit habere, et res suas alii thingauerit, posteaque eum contegerit filiùs legitimùs procreare: omne thinx quod est donatio, quod prius fecerat, rumpatur, et filii legitimi unus aut plures, qui postea nati fuerint, heredes in omnibus patri succedant. Si autem filias legitimas una aut plures, seu filios naturales unum aut plures post thinx factum habuerit, habeant et ipsi legem suam, sicut supra constitutum est, tamquam si nihil alii thingatum fuisset. Et ille cui thingatum est, tantum habeat, quantum alii parentes proximi debuerunt habere aut curtis regia suscipere, si alii thingatum non fuisset.

172. De thinx quod est donatio. Si quis res suas alii thingare uoluerit, non absconse, sed ante liberos homines ipsum garethinx faciat, quatinus qui thingat et qui gisel fuerit, liberi sint, ut nulla in posterum oriatur intentio.

173. Si quis res suas alii thingauerit, et dixerit in ipso thinx lidinlaib, id est, quod in die obitus sui reliquerit: non dispergat res ipsas postea doloso animo, nisi fruatur eas cum ratione. Et si tales ei euenerit necessitas, ut terra cum mancipia aut sine mancipia uindere aut locum pigneris ponere debeat, dicat prius illi, cui thingauit: „Ecce uedis, quia necessitate compulsus res istas uado dare; si tibi uedetur, subueni mihi et res istas conseruo in tuam proprietatem.“ Tunc si noluerit subuenire, quod alii dederit, sit illi stabilem et firmum, qui acceperit.

174. De thinx primus factum. Non leciat donatori ipsum thinx, quod antea fecit, iterum in alium hominem

transmigrare: tantum est, ut ille qui Garethinx susceperit, tales culpas non faciat donatori suo, quales solent ingrati filii parentibus suis facere, per quas exhereditantur, quae in hoc edictum [*cap.* 169] scriptae sunt. Ipse autem qui Garethinx susceperit ab alio, quidquid reliquerit donator in diem obitus sui, habeat licentiam in suum dominium recolligere, et debitum creditoribus reddere et ab aliis exegere; et quod in fiduciae nexum positum est, reddat debitum et requirat rem in fiduciae nexu posita.

175. De launigild. Si quis rem suam cuicumque donauerit, et postea qui donauit, launigild requisierit, tunc ille qui accepit aut heredes eius, si ausus non fuerit iurare, quod conpositum sit, reddat ei ferquido, id est similem, quales in illa die fuit, quando donatum est; et si iurauerit, sit exsolutus.

176. De lebroso. Si quis leprosus effectus fuerit, et cognitum fuerit iudici uel populo certa rei ueritas, et expulsus foris a ciuitate aut casam suam, ita ut solus inhabitet, non sit ei licentia res suas alienare aut thingare cuilibet personae. Quia in eadem die, quando a domo expulsus est, tamquam mortuus habetur. Tamen dum aduixerit, de rebus quas reliquerit, pro mercedis intuitu nutriatur.

177. De homine libero ut liceat eum migrare. Si quis liber homo potestatem habeat intra dominium regni nostri cum fara sua migrare ubi uoluerit — sic tamen si ei a rege data fuerit licentia —, et si aliquas res ei dux aut quicumque liber homo donauit, et cum eo noluerit permanere, uel cum heredes ipsius: res ad donatorem uel heredes eius reuertantur.

178. De sponsalibus et nuptiis. Si quis sponsauerit puellam liberam aut mulierem, et post sponsalias factas et fabola firmata duo annis sponsus neclexerit eam tollere, et dilatauerit nuptias exequi: post transactum biennium potestatem habeat pater aut frater, uel qui mundium eius potestatem habet, distringere fideiussorem, quatinus adimpleat metam illam, quae in die sponsaliorum promisit: postea leciat eos ad marito alii dare, libero tamen. Et meta quae

exacta fuerit, sit in potestatem puellae aut mulieris, eo quod sponsus intra prefinitum tempus uxorem accepere neclexit, aut si uolontariae dilatauit, excepto ineuitauele causa.

179. Si dixerit sponsus de sponsa sua, quod adulterasset postquam eam sponsatam habuit, leceat parentibus eam pureficare cum duodicem sacramentalis suos: tunc post pureficata est, accipiat eam sponsam sponsus, sicut in priori fabola stetissit. Et si postquam pureficata fuerit, eam tollere uxorem neclexerit, sit culpabiles sponsus dubla meta, quantum dictum est in diae illa, quando fabola firmata fuerat. Et si parentes, ut dictum est, eam mundare non potuerint de ipso crimen, tunc sponsus recepiat res suas quas dedit, et illa patiatur pena adulterii, sicut in hoc edictum constitutum est [*cap.* 211—213].

180. Si puella sponsata lebrosa apparuerit. Si contigerit, postquam puella aut mulier sponsata fuerit, lebrosa aut demoniaca aut de ambos oculos excecata apparuerit, tunc sponsus recepiat res suas, et non conpellatur ipsam inuitus tollere ad uxorem, nec pro hac causa calomnietur: quia non suo neclicto dimisit, sed peccatum eminente et egritudine superueniente.

181. De nuptiis. Si pater filiam suam aut frater sororem legitimam alii ad maritum dederit, in hoc sibi sit contempta de patris uel matris substantia, quantum ei pater aut frater in diae traditionis nuptiarum dederit: et amplius non requirat.

182. De uidua qualem habeat licentiam. Si quis filiam suam aut quamlibet parentem in coniugium alii dederit, et contegerit casus ut ille maritus moriatur, potestatem habeat illa uidua, si uoluerit, ad alio marito ambolandi, libero tamen. Secundus autem maritus, qui eam tollere disponit, de suis propriis rebus medietatem pretii, quantum dictum est, quando eam primus maritus sponsauit, pro ipsa meta, dare debeat ei, qui heres proximus mariti prioris esse inuenitur. Et si noluerit accepere, habeat ipsa mulier et morgenegab et quod de parentes adduxit, id est faderfio: parentes uero eius potestatem habeant eam dandi ad alium maritum, ubi ipsi

et illa uoluerint. Et mundium eius prioris mariti parentes non habeant, pro eo quod ei denegauerunt uolontatem suam: ideo redeat mundium eius ad proximûs parentes, qui prius eam ad maritum dederunt. Et si parentes non fuerint legitimi, tunc mundius ille ad curtem regis perteneat. Et si tales fuerit mulier, quae maritum non uellit aut non possit habere, sit in potestatem illius ad quem mundius de ea pertenet. Et si ipse eam male habuerit aut tractauerit, et probatur, tunc liceat eam ad parentes suos reuerti; et si parentes non habuerit, tunc ad curtem regis habeat refugium, et mundium eius sit in potestatem regis.

183. De traditione puellae aut mulieris. Si quis pro libera muliere aut puella mundium dederit, et conuenit ut ei tradatur ad uxorem, posteaque contigerit marito mortuo, ut ipsa mulier ad alium maritum debeat ambulare, aut ad parentes reuerti aut ad curtem regis: tunc heredes mariti prioris accipiant medietatem de meta, sicut supra constitutum est, et ipsa per mano simili modo retradatur sicut priori marito tradita fuit. Nam aliter sine traditione nulla rerum dicimus subsistere firmitatem.

184. De exenio nuptiali. Si quando pater filiam suam aut frater sororem suam alii ad uxorem tradiderit, et aliquis ex amicis, accepto exenio, ipsi mulieri aliquid dederit, in ipsius sit potestatem, qui mundium de eam fecit; eo quod maritus, si launigild requisitum fuerit, ipse debet soluere.

185. De incestas et inlecetas nuptias. Nulli leciat no-uercam suam, id est matrinia qui fuit uxor patris, neque priuignam, quod est filiastra, neque cognatam, qui fuit uxor fratris, uxorem ducere. Et si ipsa consenserit, uir qui eam ducit, conponat pro culpa in curte regis solidos centum, et mox separetur ab ea, constrictus a rege; et ipsa mulier habeat medietatem de omnis res suas, et medietatem amittat et curtes regia suscipiat: eo quod inlecitas consenserunt celebrare nuptias, hac poena susteneant, et mox, ut dictum est, separentur.

186. De uolentia. Si uir mulieri uolentias fecerit, et inuitam tulerit uxorem, sit culpabilis sold. nongentos, medietatem regi et medietatem parentibus mulieris: et si parentes



non habuerit, ipsi nongenti solidi ad curtem regis exegantur. Et mulier ipsa licentiam habeat cum omnes res suas proprias, quae ei lege perteneunt, elegendum, qui mundium eius in potestatem debeat habere, uult ad patrem si habuerit, uult ad fratrem, uult ad barbanem, uult ad manum regia, in ipsius mulieris sit potestatem, ubi sibi ipsa elegerit.

187. De uolentias mulieris libere. Si quis uiolento nomine tulerit uxorem, componat ut supra, et postea mundium eius faciat. Nam si contegerit casus, ut antequam mundium eius faciat, mortua fuerit, res eius parentibus redantur: et ille uir, qui eam uiolento ordine tulerit uxorem, componat eam mortua, tamquam si uirum de similem sanguinem, id est si fratrem eius occidisset, ita adpretietur et parentibus pro mortua componere cogatur, aut cui mundius de ea pertenuerit.

188. Si puella libera aut uedua sine uolontatem parentum ad maritum ambolauerit, libero tamen, tunc maritus qui eam accepit uxorem, componat anagrip solidos uiginti et propter faida aliàs uiginti; et si contegerit eam antea mori quam mundium eius faciat, res ipsius mulieris ad eum reuertantur, qui mundium eius in potestatem habit; [*cap.* 178. 195. 196. 204. 215] nam amplius calumnia praesumptori non generetur: ideo perdat maritus res mulieris, eo quod mundium facere neglexit.

189. De fornicationis causa. Si puella aut mulier liberam uoluntariae fornicauerit, cum libero tamen homine, potestatem habeant parentes in eam dare uindictam. Et si forte ambarum partium steterit, ut ille qui fornicauit eam tollat uxorem, componat pro culpa, id est anagrip solidos uiginti; et si non conuenerit, ut eam habeat uxorem, componat solidos centum, medietatem regi, et medietatem ad quem mundius de ea pertenuerit. Et si parentes neglexerint aut noluerint in ipsa dare uindictam, tunc liceat gastaldium regis aut sculdahis ipsam ad manum regis tollere et iudicare de ipsa, quod regi placuerit.

190. De sponsata alterius. Si quis puellam aut uiduam alterius sponsatam, illa tamen consentiente, tulerit uxorem,

conponat parentibus mulieris, uel ad quem mundius de ea pertenuerit, anagrip solidos uiginti, et propter faida aliùs uiginti, et mundium eius, qualiter steterit, faciat. Spunsum autem, cuius spunsatam fuit, omnia quae in meta dictum fuit, quando eam sponsauit, in dublum ei conponatur ab illo, qui ei de spunsata sua turpe fecit; et postea spunsus post accepta dubli conpositionis poena sit sibi contemptus, et amplius ex hac causa aduersus fideiussoris calomniam non requiratur.

191. De raptu spunsatae alterius. Si quis puellam aut uiduam spunsata alterius rapuerit, sit culpabiles parentibus puelle, aut ad quem mundius de ea pertinet sold. noningentos, medietatem regi et medietatem parentibus puellae, id est patri aut fratri, aut qui proximi sunt; et mundium eius, si conuenerit, faciat. Spunso autem, in cuius turpe aut derisiculum egit, conponat dupla meta, quantum dictum est in diae illa, quando fabola firmata fuerat; et amplius fideiussori aut raptori ab ipso spunso calomniam non generetur, sed sit sibi contemptus in ipsa dubla conpositiones poena.

192. Si parentes de puella sponsa cum alio concludio fecerint. Si pater filiam suam aut frater sorore aut aliqui ex parentibus puellam alii spunsauerint et postea cum alio extraneo arte concludium ficerint, aut fraudem consenserint cum illo, qui eam aut uolenter aut ipsa consentiente ducat uxorem: tunc ipsi parentes, qui huius concludium fraudis consenserint, conponant spunso qui eam spunsatam habuit, simili poena ut supra in dupla meta quae tunc dicta fuerat in diae spunsaliorum, et postea spunsus amplius aduersus eos aut fideiussoris calomniam non requiratur.

193. Si puella libera seruum alienum foris prouincia secuta fuerit, requirant eos pariter dominus serui et parentes puellae: si eos inuenerint, ambo poenam iuxta legem sustineant. Nam culpa ad domino, cuius seruus fuerit, non requiratur.

194. Si quis cum ancilla gentile fornicatus fuerit, conponat domino eius solidos uiginti; si cum romana ancilla, conponat sold. duodicem.

195. De crimen in puellam iniecto. Si quis mundium de puella libera aut muliere potestatem habens, excepto pater aut frater, et in animam ipsius puellae aut mulieris insidiatus fuerit, aut alii inuitam ad maritum tradere uoluerit, aut uolentibus ad eius uiolentiam faciendam consensum prae-buerit, aut consilium dederit, et prouatur, ammittat mundium ipsius, et illa potestatem habeat de duas uias: uult ad parentis reuerti, uult ad curtem regis cum rebus suis propriis, quae ad eam per legem pertinent, se commendare, qui mundium eius in potestatem debeat habere. Et si uir ille ista crimina negauerit, liceat eum se pureficare, et mundium sicut habuit habere, si se pureficauerit.

196. De crimen adulterii. Si quis mundium de puella libera aut muliere habens, excepto patre aut fratre, et crimen ei iniecerit, quod adulterassit, amittat mundium ipsius, et illa potestatem habeat cum rebus suis propriis, uult ad parentis reuerti, uult ad curtem regis se commendare, qui mundium eius in potestatem debeat habere. Et si uir ille, hoc crimen, dixisset negauerit, liceat eum se pureficare si potuerit, et mundium eius sicut habuit habere.

197. De crimen nefandum. Si quis mundium de puella libera aut muliere habens eamque strigam, quod est mascam, clamauerit, excepto pater aut frater, ammittat mundium ipsius, ut supra, et illa potestatem habeat, uult ad parentes, uult ad curtem regis cum rebus suis propriis se commendare, qui mundium eius in potestatem debeat habere. Et si uir ille negauerit, hoc crimen non dixisset, liceat eum se pureficare, et mundium sicut habuit habere, si se pureficauerit.

198. De crimen in puella iniectum qui in alterius mundium est. Si quis puellam aut mulierem liberam, qui in alterius mundium est, fornecariam aut histrigam clamauerit, et pulsatus penitens manifestauerit per furorem dixisset, tunc praeueat sacramentum cum duodecim sacramentalis suos, quod per furorem ipso nefando crimen dixisset, nam non de certa causa cognouisset. Tunc pro ipso uanum inproperii sermonem, quod non conuenerat loqui, componat solidos uiginti, et amplius non calumnietur. Nam si perseuerauerit

et dixerit se posse probare, tunc per camphionem causa ipsa, id est per pugnam ad dei iudicium decernatur. Et si prouatum fuerit, illa sit culpabilis sicut in hoc edictum legitur [cap. 189]. Et si ille qui crimen misit, prouare non potuerit, uuergild ipsius mulieris secundum nationem suam conponere conpellatur.

199. Si uidua in domo patris regressa fuerit. Si pater filiam suam aut frater sororem ad maritum dederit, et contigerit casus, ut ille maritus moriatur, et pater aut frater mundium eius liberauerit, sicut supra [cap. 183] constitutum est, et illa in domo patris aut fratris regressa fuerit, et alias sorores in casa patris aut fratris inuenerit, et postea pater aut frater mortuos fuerit, et illa remanserit in domo cum alias sorores una aut plures, et ad facultatem patris aut fratris uenerint diuidendam cum alijs parentes aut curtem regis: tunc illa uidua, qui in domo patris aut fratris regressa est, habeat sibi in antea morgingab et metfyo. De faderfio autem, id est quantum de alia dona, quando ad maritum ambulauit, pater aut frater ei dedit, mittat in confuso cum alias sorores, et illa aliae suores una aut plures tollant unaquisqua in antea tantum, quantum pro mundium pater aut frater liberandum ad parentes mariti defuncti dedit. Reliqua patris uel fratris substantia aequa lanciae diuidant, sicut in hoc edictum legitur [cap. 158...160]. Et si sola in casa remanserit, in quantum ei per legem conpetit, heres succedat.

200. De occisione mulieris. Si maritus uxorem suam occiderit inmerentem, quod per legem [cap. 202. 211. 212] non sit merita mori, conponat solidos mille duocentus, medietatem illis parentibus, qui eam ad maritum dederunt, et mundium susciperunt, et medietatem regi, ita ut per actorem regis dstringatur, et poena suprascripta conponatur. Et si filius de ipsa muliere habuerit, habeant filii morgingab et faderfyo matris suae mortuae. Et si filius ex ipsa non habuerit, reuertatur ipsa facultas ad parentes, qui eam ad maritum dederunt. Et si parentes non fuerint, tunc ipsa conpositio et praedicta facultas ad curtem regis perueniat.

201. De muliere libera asto occisa. Si quis puellam

aut mulierem liberam per qualibit occasionem occiderit, conponat solidos mille duocentûs, medietatem parentibus, aut ad quem mundius de ipsa pertinet, et medietatem regi. Et si parentes non habuerit, tunc ipsa conpositio in integrum ad curtem regis perueniat; sic tamen, si asto animo, id est uolontariae occiserit.

202. Si mulier in morte mariti sui consiliauerit per se aut per supposita persona, sit in potestatem mariti de ea facere quod uoluerit; simul et de res ipsius mulieris. Nam si illa negauerit, liceat parentibus eam pureficare, aut per sacramentum, aut per camfionem, id est per pugna.

203. Si mulier maritum suum occiderit, ipsa occidatur, et res eius, si filii non fuerint, parentes mariti habeant potestatem.

204. Nulli mulieri liberae sub regni nostri ditionem legis langobardorum uiuentem liceat in sui potestatem arbitrium, id est selpmundia uiuere, nisi semper sub potestatem uirorum aut certe regis debeat permanere; nec aliquid de res mobiles aut immobiles sine uoluntate illius, in cuius mundium fuerit, habeat potestatem donandi aut alienandi.

205. De haldia uiolentiata. Si quis haldiam alienam, id est qui iam de matre libera nata est, uiolentiam fecerit, conponat solidos quadraginta.

206. De liberta uiolentiata. Si quis libertam alienam, id est ipsa persona, qui libera dimissa est, uiolentia fecerit, conponat solidos uiginti.

207. De ancilla uiolentiata. Si quis ancillam alienam uiolentiauerit, conponat solidos uiginti.

208. De raptu. Si quis rapuerit haldiam alienam, et in curte alterius duxerit, et sequens dominus aut parentes eius: et cui curtis fuerit, antesteterit et non permiserit uindicare aut foris extrahere, conponat solidos quatragenta, medietatem regi et medietatem cui fuerit libera.

209. De ancilla rapta. Si quis rapuerit ancillam alienam, et in curte alterius duxerit, et sequens dominus aut parentes eius: et cui curtis est antesteterit et non permiserit

uindicare, conponat qui antesteterit solidos uigenti, medietatem regi et medietatem cui ancilla fuerit.

210. De rapto qui in curtem regis duxerit. Si quis rapuerit haldiam aut ancillam alienam et in curtis regis duxerit, et sequens dominus aut quicumque ex amicis aut seruis: et gastaldius aut actor regis antesteterit, pro haldia de suis propriis rebus conponat illi, cuius haldia fuerit, solidos quadragenta, pro ancilla solidos uigenti.

211. Si quis uxorem alterius tulerit. Si liber aut seruus uxorem alterius tulerit, eamque sibi in coniugium sociauerit, ambo occidantur, si tamen ambo consenserint.

212. Si quis cum uxorem suam alium fornicantem inuenerit. Si quis cum uxorem suam alium fornicantem inuenerit, liberum aut seruum, potestatem habeat eos ambos occidendi; et si eos occiderit, non requirantur.

213. De crimen adulterii. Si quis alii de uxorem suam crimen miserit, quod cum ea fornicassit, liceat ei cui crimen mittitur, aut per sacramentum aut per camfionem se purificare; et si probatum fuerit, animae suae incurrat periculum.

214. Si quis liberam puellam absque consilio parentum aut uoluntate duxerit uxorem, conponat, ut supra, anagrift solidos XX et propter faida alios uigenti. De mundio autem qualiter conuenerit, et lex habet; sic tamen si ambo liberi sunt.

215. De sponsata mortua. Si quis puellam aut uiduam sponsatam habuerit, et contigerit casus ut ipsa ante moriatur quam a patre, aut qui mundium eius potestatem habet, tradita fuerit: tunc meta, quae data fuerat ab illo sponso, reddatur ei, tantum quantum in ipsa meta dedit. Nam alias res illius sint, qui mundium eius in potestatem habere uideatur, eo quod ante traditionem mortua est.

216. Si haldius uxorem libera tulerit. Si haldius cuiuscumque libera uxorem tulerit, id est fulcfrea, et mundium de ea fecerit, posteaque filios habens maritus mortuos fuerit: si mulier in ipsa casa noluerit permanere, et parentes eam ad se recollegere uoluerint, reddant praetium, quod pro mundium ipsius mulieris datum est illis, cuius haldius fuit.

Tunc illa absque morgingab aut aliquid de rebus mariti reuertatur sibi ad parentes suos cum rebus, si aliquas de parentes adduxit.<sup>1</sup> Et si filii de ipsa muliere fuerint, et noluerint in casa patris sedere, res paternas demittant, et mundium pro se reddant, quantum pro matre eorum datum est, et uadant sibi ubi uoluerint liberi.

217. De haldia qui seruum maritum tulerit. Si haldia aut liberta in casa aliena ad maritum intrauerit et seruum tulerit, libertatem suam amittat. Et si dominus neclexerit eam replecare ad seruitium, mortuo tamen marito, uadat sibi una cum filiis suis et cum omnis res suas, quantas in tempore, quando ad maritum intrauit, secum adduxit. Nam amplius nulla consequatur: uitium suum reputit, quia seruum consensit.

218. Si haldius haldiam uxorem tulerit. Si haldius cuiuscumque haldia aut liberta uxorem tulerit, si filiûs ex ipso coito habuerit, patri sequantur: sint haldii quales et pater.

219. Si haldius ancillam suam aut alterius tulerit ad uxorem, filii qui ex ea nascuntur, sint serui cuius et mater ancilla.

220. Si ancilla cuiuscumque in casam alterius ad maritum intrauerit et seruum tulerit, nihil de ipsa casa marito mortuo consequatur, nisi quantum secum adduxit.

221. Si seruus liberam mulierem aut puellam ausus fuerit sibi in coniugium sociare, animae suae incurrat periculum, et illa qui seruum fuerit consentiens, habeant parentes potestatem eam occidendi aut foris prouincia transuindendi, et de res ipsius mulieris faciendi quod uoluerint. Et si parentes eius hoc facere distulerint, tunc liciat gastaldium regis aut sculdhais ipsam in curte regis ducere et in pisele inter ancillas statuere.

222. De ancilla matrimonii gratia. Si quis ancillam suam propriam matrimoniare uoluerit sibi ad uxorem, sit ei licentiam; tamen debeat eam libera thingare, sic libera, quod

<sup>1</sup>) *cfr. tamen. Fumagalli cod. diplom. ambros. num. 1, ad a 721.*

est uurdibora, et legetimam facere per gairthinx. Tunc intellegatur libera et legetima uxor, et filii qui ex ea nati fuerint, legetimi heredes patri efficiantur.<sup>1</sup>

223. De eo qui sine heredis moritur. Si quis sine heredis mortuus fuerit, et res ipsius ad curtem regis peruenit, nec donatum nec praestitum, quicumque ipsius mortui<sup>2</sup> dedit aut prestetit, non habeat pontificium requirendi; quia postquam ad manum regis peruenit, terminum posuit et sine debitum aut aliquam repetitionem cecidit.

224. De manomissionibus. Si quis seruum suum proprium aut ancillam suam liberos dimittere uoluerit, sit licentia qualiter ei placuerit. Nam qui fulcfree et a se extraneum, id est haamund, facere uoluerit, sic debet facere. Tradat eum prius in manu alteri homines liberi et per gairthinx ipsum confirmat; et ille secundus tradat in tertium in eodem modo, et tertius tradat in quartum. Et ipse quartus ducat in quadrubium, et thingit in gaida et gisil, et sic dicat: de quattuor uias ubi uolueris ambulare, liberam habeas potestatem. Si sic factum fuerit, tunc erit haamund, et ei manit certa libertas: postea nullam repetitionem patronus aduersus ipsum aut filiûs eius habeat potestatem requirendi. Et si sine heredes legetimûs ipse qui haamund factus est, mortuus fuerit, curtis regia illi succidat, nam non patronus aut heredes patroni.

Item alio kap. (II.) Similiter et qui in pans, id est in uotum regis demittitur, ipsa lege uiuat, sicut et qui haamund factus est.

Item alio kap. (III.) Item qui fulcfree fecerit, et quattuor uias ei dederit, et haamund a se, id est extraneum non fecerit, talem legem patronus cum ipso uiuat, tamquam si cum fratrem aut cum alio parente suo libero langobardo: id est si filiûs aut filias legitimas, qui fulcfree factus est, non demiserit, patronus succidat, sicut sup[er] [cap. 225] scriptum est.

Item alio kap. (III.) Item qui haldium facere uoluerit,

<sup>1</sup>) *cfr. Liutpr. 106. Instrumentum manumissionis a. 752 confectum, Troya cod. dipl. IV. pag. 443.*      <sup>2</sup>) *Corrige: ipsi mortuo.*



non illi dit quattuor uias. Haec sunt quattuor genera manumissionum. Tamen necesse est propter futuri temporis memoriam, ut qualiter liberum aut liberam thingauerit, ipsa manumissio in cartolam libertatis commemoretur. Et si cartolam non fecerit, tamen libertas ei permaneat.

225. De filiis libertis. Si libertus, qui fulcfree factus est, filius dereliquerit legetemus, sint illi heredes; si filias, habeant legem suam [*cap.* 154. 158...160. 171]; si naturales, habeant et ipsi legem suam. Et si casu faciente sine heredes mortuus fuerit, et antea iudicauerit se uiuo res suas proprias, id est ande-gauere et ari-gauere secundum legem langobardorum, habeat cui donauerit. Nam quantum de res benefactori suo per donum habuit, si eas non oblegauit in libertatem, ad ipsum patronum aut ad heredes eius reuertantur. Et si alequid in gasindio ducis, aut priuatorum hominum obsequium, donum munus conquisiuit, res ad donatore reuertantur. Alias uero res, si ut dictum est, heredes non dereliquerit, aut se uiuo non iudicauerit, patronus succedat sicut parenti suo.

226. Omnes liberti qui a dominis suis langobardis libertatem meruerint, legibus dominorum et benefactoribus suis uiuere debeant, secundum qualiter a dominis suis propriis eis consessum fuerit.

227. De emptionibus et uinditionibus. Si quis comparauerit terram, id est solum ad aedificandum, aut casam mancipiata, et quinque annos inter praesentes personas possederit, posteaque ipse uinditor aut heredes eius pulsauerit, dicendo quod praestetisset, nam non uindedisset: ostendat libellus scriptus ubi rogatus fuisset praestandi. Et si libellus non habuerit, nihil aliud faciat emptor, nisi praebet sacramentum secundum qualitatem pecuniae [*cap.* 359. 365], quod cum praetium suum rem ipsam comparassit, nec alteri debeat per legem dimittere. Tunc liceat eum firmiter possidere quod sibi comparauit.

228. De possessione. Si quis alium de rem mobilem aut immobilem pulsauerit quod malo ordine possedeat, et possessor negauerit: ita prospeximus, quod si per annus

quinque fuerit possessio, tunc ille qui possedit, aut per sacramentum debeat negare, aut per pugna defendere, si potuerit.

229. Qui rem alienam asto uindederit. Si quis rem alienam, id est seruum aut ancillam, seu alias res sciens rem alienam esse, non suam, ubicumque transuindederit, et inuentum aut prouatum fuerit, in actugild eam restituat. Et si per ignorantiam uindederit, tunc praeueat sacramentum, quod credens suum uindedissit; reddat caput cum notrimen suo, qualiter se sit.<sup>1</sup>

230. De mancipio lebroso. Si quis comparauerit mancipium, et postea lebrosus aut demoniosus apparuerit, tunc uinditor si pulsatus fuerit, praeueat sacramentum singulus [cap. 366], quod in conscientia ipsius de ipsa infirmitate non fuisset, quando eum uindedit, et amplius non calomnietur.

231. De ancilla comparata. Si quis comparauerit ancillam, et postea uenerit alter homo, qui eam suam dicat esse, reuertant pariter ad auctorem. Tunc auctor si uindicare non potuerit, praeueat sacramentum, quod consciens non sit fraudi, nec nullo concludio fecissit; reddat praetium tantum, quantum in diae illa quando eam tradedit accepit, et ancilla ipsa proprio domino restituatur. Et si ancilla ipsa post emptore filiùs fecerit, tunc ille qui eam prius uindedit et uindicare non potuerit, qualiter se sit, filiùs ipsius per suo dispendio reconparit, et proprio domino retradat, quatinus filii matre sequantur. Et si auctor mortuus fuerit sine heredis legetimùs, et facultas ipsius auctoris ad curtem regis ceciderit, nulla sit repetitio; sic tamen, ut dit sacramentum, quod de ipso comparassit, cuius res ad curtem regis ceciderunt.

232. De caballo comparato. Si quis caballum emerit et auctorem ignorauerit, et uenerit certus homo, qui ipsum caballum suum dicat, tunc ille qui emit, si ut diximus auctorem non habuerit, nec scit de quo comparassit: praebeat sacramentum emptor, quia nec fur sit, nec collega furoni,

<sup>1</sup>) Sic etiam cap. 231 med. se esse = sibi esse, se habere qualiter scit etiam Vercellensis utroque, Heroldinus codex secundo loco habet; qualiter sibi scit Heroldinus primo loco.

nisi simpliciter cum praetium suum comparassit; et insuper addat in ipsum sacramentum: si quoquo tempore auctorem inuenerit, non negare. Tunc post praestitum sacramentum reddat caballum, et sit sibi contemptus. Ille autem, qui se proprio domino dicit esse, sub tali titulo eum tollat, ut si cognitum fuerit, quod malo ordine uindicassit, et alter certus auctor uenerit, qui suum ficerit, ipse caballus sibi nonus ei reddatur.

233. Si quis de seruo comparauerit. Seruus cuiuscumque non liceat sine permissum domini sui neque terram neque mancipia neque qualemcumque rem uindere, aut liberum dimittere. Si quis de seruo comparauerit, et pretium perdat, et quod de seruo emit, proprio domino restituat.

234. De seruo massario. Seruus massarius licentiam habeat de peculio suo, id est boue uacca cauallo, simul et de minuto peculio, in socio dare aut in socio recipere; uindere autem non, nisi quod pro utilitatem casae ipsius est, quatinus casa proficiat, et non depereat.

235. De haldiis. Non liceat haldiis cuiuscumque, qui haamund factus non est, sine uoluntate patroni sui terra aut mancipia uindere, sed neque liberum dimittere.

236. De terminis effossis. Si quis homo liber terminum anticum exterminauerit, et probatum fuerit, sit culpabilis sol. octugenta, medietatem regi et medietatem in cuius fines terminum fuerit.

237. De seruis, qui terminum effosserit. Si seruis alienus terminum anticum exterminauerit, morti incurrat periculum, aut redimatur cum quadragenta solidis.

238. De arbore signato. Si quis homo liber arborem, ubi teclatura inter fines decernendas signata est, incidit aut deleuerit, octugenta sol. sit culpabiles, medietatem regi et medietatem cuius arbor fuerit. Et si seruis per iussionem domini sui fecerit, dominus eius conponat ut supra octugenta solidos.

239. Si seruis sua aucturitate arborem, ubi teclatura facta est inter fines decernendas, incidit, aut moriatur aut redimat se cum quatragenta solidis.

240. De snaida in silua alterius facta. Si quis propter intento signa noua, id est ticlatura aut snaida, in silua alterius fecerit, et suam non adprobauerit, componat solidos quadragenta, medietatem regi et medietatem cuius silua fuerit.

241. De seruo qui snaida fecerit. Si seruus extra iussionem domini sui ticlatura aut snaida fecerit in silua alterius, manus ei incidatur. Et si cum iussione domini sui fecerit, domini repotetur culpa, ut supra.

242. Si quis sine iussionem regis aurum figurauerit aut moneta confinxerit, manus ei incidatur.

243. De cartola falsa. Si quis cartolam falsam scripserit aut quodlibet membranum, manus ei incidatur.

244. Si quis per murum de castro aut ciuitate sine noticia iudicis sui exierit foras, aut intrauerit, si liber est, sit culpabiles in curtem reges solidos uiginti; si autem haldius aut seruus fuerit, sit culpabiles sold. decim in curtem reges. Et si furtum fecerit, sicut in hoc edictum legitur [*cap.* 253...263], poena furti componat.

245. De pignorationibus et deuitas. Si quis debitorem habens, appellet eum semel bis et usque tertio; et si debitum non reddederit, aut non composuerit, tunc debeat pignere in his rebus, quibus pignere lecitum est.

246. Si quis ante contestationem pigneraberit. Si quis alium pro quolibet debitum aut causam pignere praesumpserit, antequam tertium eum pulsauerit, pignus quod ante contestationem tulerit, sibi nonum reformet in potestatem domini.

247. Nulli leciat alium pro alio pignere, excepto illo qui gafand esse inuenitur, id est coheres parens proximior, qui illi ad hereditatem, si casus euenerit, uenturus est.

248. Si quis per errorem alium pro alio pignerauerit per seruum aut ancillam, ita decernimus, ut postquam cognouit, quod male pignerauit, mox ipsum pignus relaxit. Et si pulsatus fuerit dominus serui, tunc preueat sacramentum quia per errorem fecit, nam non asto, et credit debitorem suum pignerassit; tunc sit indempnis. Nam si plagas aut feritas fecerit in ipsum pignus, componat sicut in hoc edictum

legitur [*cap.* 76...128]. Et si sacramentum dare non pre-  
sumpserit, quod per errorem pignerassit, reddat ipsum pig-  
num in actogild.

249. De greges aequarum seu porcorum. Si quis  
greges aequarum seu porcorum sine iussionem regis pigneris  
nomine abstulerit, ille prior aut moriatur, aut conponat soli-  
dos nongentos, medietatem regi et medietatem cui pignus  
abstulerit. Et qui cum eum fuerint, si tamen liberi sunt,  
unusquisque conponat solidos octugenta, medietatem regi et  
medietatem quem pignerauerit, ut supra. Et si serui do-  
minum suum secuti fuerint, in conpositione domini conpo-  
tentur; culpa enim dominus fecit, nam non seruus, qui domi-  
num suum secutus est.

250. Si quis caballûs domitos, aut boues seu uaccas  
iugo domitas pignerauerit sine iussionem regis, sibi nonum  
reddat.

251. Si homo liber qui debitor est, alias res non  
habuerit nisi caballos domitos aut boues iunctorios, seu  
uaccas, tunc ille qui debitum requirit, uadat ad sculdahis et  
intimet causam suam, quia debitor ipsius alias res non habet,  
nisi quae supra leguntur. Tunc sculdahis tollat bobes aut  
caballos ipsius et ponat eos post creditorem, dum usque ei  
iustitia faciat. Et si sculdahis dilatauerit facere, sit culpa-  
bilis in palatio regis solidos 12; et iustitia facta pignus  
restituatur.

252. Nulli leceat pro quolebit debitum casa ordinata  
tributaria loco pigneris tollere, nisi seruûs, ancillas, uaccas,  
pecoras; ita ut ipsum pignus, quod tulerit, per suam  
custodiam saluum faciat usque ad praefinitum tempus,  
sicut subter adnexum est: id est inter eas personas, qui  
intra centum milia intra se habetant, dies uiginti. Et si  
infra istos dies uiginti quis ille pignus suum iustitiam  
faciens et debitum reddens non liberauerit, et post trans-  
actûs uiginti dies contigerit ex ipsum pignus mancipium  
aut quolebet piculum mori aut humicidium aut damnum  
facere aut alibi transmegrare, tunc debitor in suum dam-  
num repotet, qui pignera sua liberare neclexit. Nam si infra

istos uigenti dies seruus aut ancilla mortui fuerint aut peculium perierit, aut homicidium aut damnum fecerit, ipse qui pignerauerit in suum damnum repotit, et proprio domino satisfaciat. Et si super centum milia inter se creditor et debitor habitauerit, tunc usque sexaginta dierum spatia poena suprascripta custodiatuꝛ.

253. De furtis. Si quis liber homo furtum fecerit, et in ipsum furtum temptus fuerit, id est fegangit, usque ad decem silequas, furtum ipsum sibi nonum reddat, et conponat pro tali culpa sol. octuginta, aut animae suae incurrat periculum.

254. Si seruus furtum fecerit, et tentus fuerit in ipsum furtum, usque ad decem seliquas, sibi nonum reddatur, excepto conponat pro culpa solidos quadraginta aut occidatur.

255. Si quis per proditorem, id est per certum indicatorem furtum inuenerit, sibi nonum qui furtum fecit ei restituat.

256. Si seruus dum in fuga est, furtum aut damnum alii fecerit, et in ipsa fuga foris prouincia migrauerit et non redierit, tunc dominus serui medietatem pro ipsam rem quam furauit, aut damnum si fecit, restituat. Nam si regressus fuerit in potestatem domini sui, tunc de quantum tulit, caput tantum dominus eius in integrum reddat, cessante in hoc capitulo poena furti, eo quod in fuga fuit.

257. Si mulier libera fulcfrea super furtum comprehensa fuerit, furtum quod fecerit, sibi nonum conponat; nam alia culpam non requiratur, pro eo quod iniuria passa est; sed uitium suum reputet qui opera indecentem facere temptauit. [*cfr. Roth. 253. Liutpr. 146.*]

258. Si haldia aut ancilla super furtum tempta fuerit, conponat dominus earum furtum ipsum sibi nonum, excepto pro culpa solidos quadraginta. [*cfr. Grim. 9.*]

259. Si liber homo puerum aut seruum suum furtum facere iusserit et ipse furtus inuentus fuerit, sibi nonum conponat, et alterum tantum in curtem regis persoluat, quia inhonestum esse uedetur et nulli rei conuenit rationi, ut homo liber se in furtum debeat miscere aut consensum prebere.

260. Si quis aurum aut uestis seu qualibet rem in uia inuenerit, et super genuculum leuauerit, et non manifestauerit aut ad iudicem non adduxerit, sibi nonum reddat.

261. Si seruus, dum ancillam alienam habet uxorem, furtum fecerit, et ancillam et filiûs, seruûs alienûs, notriuerit, omnem furtum, quod fecerit, seruus conponat; nam nihil repotetur in culpa nec in damnositatem ancillae uel filiis eius. Tantum est, si ancilla aut filii simul cum patre ad furtum faciendum non-ambolauerint; nam si fecerint, similis illi efficiantur.

262. Si seruus, dum in fuga est positus, res aliquas cuiilibet homini commendaūerit, posteaque proprius dominus requisierit eas, et ille qui suscepit denegauerit, et postea inuentum fuerit, pro furtum eas reddat.

263. Si plures homines furtum in unum fecerint, tam liberi quam serui, liceat eos si uoluerint, se insimul adunare et furtum ipsum in actogild reddere. Si quis se ex ipsis deiderit, pro se tantum legibus conponat, id est ipsum furtum sibi nonum [*cfr. cap. 12*].

264. Si liber aut seruus uellit foris prouincia fugire, et iudex aut quicumque, qui in finibus prouinciae resedit, eum praeserit, teneat eum, et res, quas secum detulerit, saluas faciat; et mox mandet ad iudicem de locum unde fugire coepit, quatinus eum recipiat, et dit pro uno fugace solidos duo, ita ut cum rebus quas secum detulerit, reddatur. Et si contegerit eum de legamen fugire, praebeat sacramentum ille qui eum tenuit, quod non asto eum laxassit, sed cum tota uirtutem custodire uoluissit: post datum sacramentum res quas ei tulit, reddat, presura autem non queratur, et amplius non calomnietur. Et si fugax ille manus ad legandum non dederit, et occisus fuerit, non requiratur, nisi ipsas res reddantur; et si ille, qui ipsum fugacem prendere uoluerit, ab ipso occisus fuerit, nec ipse requiratur.

265. De portonario qui super flumen portum custodit. Si quis portonarium pulsauerit, quod fugacem hominem aut furem transposuisset, et portonarius negauerit: ita decernimus, ut praeueat solus sacramentum, quod ad conscientiam

ipsius non peruenisset, quod fugitiuos aut fugaces transposuissit, et sit exolutus a calomniam.

266. Si portonarius furonem hominem sciens transposuerit cum aliquas res furtiuas, collega sit furoni, et cum ipso furtum conponat; excepto sit culpa uelis in curtem regis solidos 20.

267. Si portunarius mancipia fugitiua sciens transposuerit, si probatum fuerit, perquirat eas et proprio domino cum rebus quas secum detulerit, restituat. Et si ipsi fugaces alibi transmigrauerint ut non inueniantur, tunc portitor ipsa mancipia, simul et res, de quantas ausus fuerit iurare qui perdidit, ei ab ipso qui sciens transposuit fugacem, reddantur sub extimationem pretii, excepto pro culpa conponat ipse portitor in curte regis solidos 20.

268. Si portonarius hominem liberum fugacem transposuerit, et cognouerit quod fugax est, animae suae incurrat periculum, aut conponat uergild suo; quia postquam cognouit, quod in fuga erat, si eum tenere non potuit, mox innotescere aut antecurrere debuit.

269. Si mancipius cuiuscumque post alium hominem fugierit, et dominus secutus inuitauerit in pace, ut reddatur in gratia, et si in gratia redditus fuerit et in ipsa culpa dominus in eum uindictam dederit, conponat solidos 20 illi, de cuius curte eum tolit; et si denegat, quod pro ipsa culpa in eum uindictam non dedisset, praebeat sacramentum singulus ad euangelia, et sit exolutus.

270. Si quis ille, post quem mancipius alienus fugierit, et noluerit eum post secundam aut tertiam contestationem reddere, tunc constrictus restituat ipsum mancipium, et alium similem sub extimationem pretii conponat.

271. De curtem regis. Si mancipius cuiuscumque in curtem regis confugium fecerit, et gastaldius aut actor regis ipsum mancipium post secundam aut tertiam contestationem reddere dilatauerit, ita iubemus ut reddat ipsum mancipium, et alium similem de suis propriis rebus, domino quem dilatauerit reddere cogatur. Et si ille, qui de curte regis ipsum in gratia receperit, postea pro ipsa culpa in eum uindictam



dederit, conponat in curtem regis, unde eum tolit, solidos quadraginta.

272. De ecclesia. Si in ecclesiam aut in domum sacerdotis mancipius cuiuscumque confugium fecerit, et episcopus aut sacerdos qui in loco praeest, eum reddere in gratia post tertiam contestationem dilatauerit, ita decernimus, ut reddat ipsum mancipium, et alium similem de suis propriis rebus, ut supra. Et si in gratia redditus fuerit, et postea dominus in ipsum uindictam pro ipsa culpa dederit, aut se edoniet ut supra, aut sit culpabilis ecclesiae ipsius solidos 40, ita ut per actorem regis exegantur, et in sagrum altarium, ubi iniuria facta est, ponantur.

273. Si seruus intra prouincia in fuga uagatur, et dominus eum inuenerit, et seruus ipse fugiens in curtem alienam, et dominus eius insequens eum adprehensus fuerit, non reputetur culpa domini pro eo, quod in curte alterius furorem in seruum suum habens rem suam prehindere uisus est. Et si ille, cuius curtis fuerit, aut aliquis ex hominibus illius mancipium ipsum de manum tulerit aut antesteterit, nullum penitus, qui seruum sequitur, in curte ipsa scandalum faciat; si fecerit, qualiter in hoc edictum legitur [*cap. 34. 277*], conponat. Et qui seruum antesteterit aut de manum tolerit, in ipsius sit periculum. Nam si casu facientem contigerit mancipium ipsum mori aut alibi transmegrare, ipse qui eum de manu domini sui tolerit, restituat. Et si inuentus fuerit ut reddatur, non cogatur dominus post tale fatigationem eum in gratia recipere, nisi uoluerit.

274. Si quis mancipium fugacem in casa sua nesciente domino super nouem noctes habuerit, et contigerit ipsum mancipium aliquid mali penetrare, aut mori aut aberrare, ille qui eum suscepit et celauit aut mandare neglexit, reddat ipsum mancipium aut pretium eius, et damnum quod fecerit ipse conponat, qui eum post se habuit.

275. Si mancipium alienum refugium post alium fecerit, id est in fraida, mox mandet domino ipsius, quam citius potuerit, aut per scriptum aut per certo homine, quatenus eum in gratia recipiat; et si noluerit eum recipere, et dila-

tauerit, et contigerit eum alibi translatare, nulla culpa illi sit, qui eum prius in casa sua suscepit. Nam qui suscepit et non mandauerit, reddat ipsum mancipium, et damnum cui fecerit, simul et operas.

276. Si quis mancipium sciens fugacem suscepit aut anonam dederit, aut uiam ostenderit, et mancipius ipse fuga lapsus inantea fugerit, ipse eum perquirat, qui anonam dedit aut uiam ostendere praesumpsit; et si eum non inuenerit, reddat pretium mancipii, simul et de res quas secum portauerit; et si inuentum fuerit, reddat ipsum et operas.

277. De haistan, id est furorem. Si quis in curtem alienam haistan, id est irato animo, ingressus fuerit, uigenti sol. illi conponat cuius curtis fuerit.

278. De hoberos, id est curtis ruptura. Mulier curtis rupturam facere non potest, quod est hoberos; absurdum uidetur esse, ut mulier libera, aut ancilla, quasi uir cum armis uim facere possit.

279. De concilio rusticanorum. Si serui, id est concilius, manu armata in uico intrauerint ad malum faciendum, et quicumque liber homo sub regni nostri ditione positus cum illis in capite fuerit, animae suae incurrat periculum, aut conponat solidos nongentos, medietatem regi et medietatem cui iniuria inlata est. Serui enim, qui cum ipso fuerint ex eodem concilio, unusquisque solidos quadraginta sit culpabilis, medietatem regi et medietatem ut supra.

280. De rusticanorum seditionem. Si per quacumque causa homines rusticani se collegerint, id est concilios et seditionis facere presumpserint, et cuicumque se anteposuerint, aut mancipium aut peculium de manu tulerint, quod de casa serui sui dominus tollere uoluerit: tunc ille qui in caput ex ipsis rusticis fuerit, aut occidatur aut redimat animam suam, quantum adpretiatus fuerit; et unusquisque qui in ipsam seditionem cucurrerit ad malum faciendum, conponat sol. duodecim, medietatem regi et medietatem cui iniuria fecerit aut se anteponeere presumpserit. Et si ille qui rem suam quaerere aut exegere uidetur, ab ipsis rusticis feritas aut plagas facta habuerit, sicut superius [*cap. 43 sqq.*] statutum

est, ei conponatur; nam pro praesumptione tantum poena suprascripta patiantur. Et si aliquis ex ipsis rusticis occisus fuerit, non requiratur, quia ille qui eum occisit, se defendendum et res suas uindicandum hoc egit.

281. De furta et pena fenita. Si quis de lignario alterius lignum furauerit, conponat illi cuius lignarius fuerit solidos sex.

282. Si quis de casa erecta lignum quodlibet aut scandolam furauerit, conponat solidos sex.

283. Si quis de lignamen adunatum in curte aut in platea ad casam faciendam furauerit, conponat solidos sex; si autem in silua dispersum fuerit et furauerit, conponat in actogild.

284. De orto. Si quis in orto alterius introierit aut salierit ad furtum faciendum, conponat solidos sex; nam si post suam rem ingreditur et damnum non fecerit, non sit culpauilis.

285. De ider-tzon. Si quis sepem alienam ruperit, id est ider-tzon, conponat sol. sex.

286. De axegias. Si quis axegias de sepe, id est axe-giato, una aut duas tulerit, conponat solido uno.

287. De sepe stantaria. Si quis de sepe stantaria facta uimen tulerit, conponat solidum unum; si autem pertica transuersaria tulerit, conponat solidos tres.

288. De plouum. Si quis plouum aut aratrum alienum iniquo animo capellauerit, conponat solidos tres, et si furauerit, reddat in actogild.

289. De tintinno. Si quis tintinno de super cauallo aut boue furauerit, conponat solidos sex.

290. De iugum. Si quis iugum furauerit, conponat solidos sex.

291. De sogas. Si quis sogas furauerit de bouis iunctorios, conponat solidos sex. Et si qualemcumque rem mediocrem, unde sex solidi aut minus in hoc edictum sunt iudicati, si fur ipse supertentus fuerit, non sit figangit, nisi tantum conponat sicut constitutum est. [*cfr. cap. 253. 254.*]

292. De uitem uuarum. Si quis uitem expoliauerit, id est aminicula tulerit super tres aut quattuor, conponat solidos sex.

293. De palo quod est carracio. Si quis palum de uite tulerit, conponat solidûs sex.

294. De uite incisa. Si quis uitem de una fossa asto capellauerit, conponat solido uno.

295. De traucem uitis. Si quis traucem de uitem inciderit, conponat medio solido.

296. De ubas. Si quis super tres uuas de uinea alienam tulerit, conponat solidos sex; nam si usque tres tulerit, nulla sit illi culpa.

297. De ambulatorias. Si quis pastoriâ de caballo alieno tulerit, conponat solidos sex.

298. De capistro. Si quis capistrum de caballo tulerit, conponat solidos sex.

299. De retis. Si quis retes alienas aut nassas leuauerit, aut in piscaria aliena pisces tulerit, conponat solidos tres.

300. De arboribus. Si quis rouore aut cerrum, seu quercum quod est modola, hisclo quod est fagia, infra agrum alienum aut culturam seu clausuram, uicinos<sup>1</sup> ad uicinum inciderit, conponat per arborem tremisses duos. Nam iterans homo si propter utilitatem suam foris clausuram capellauerit, non sit culpauilis.

301. Si quis castenea, nuce, pero aut melum inciderit, conponât solido uno.

302. De oliuam. Si quis oliuo capellauerit aut succiderit, conponat solidos tres.

303. Si homo aut quisleuit peculius in sepe alterius texta cum uimen se inpegerit, et mortuus aut aliquam lesionem passus fuerit, tunc ille qui sepem ipsam fecit et caput maiorem aut minorem de uimen foris dimisit, ipse sit culpauelis homicidii aut lesionis.

304. Si cauallus aut quislibet peculius in clausura alterius intus saliendum se inpalauerit, non reddatur ab ipso cuius sepem est: et si ab infra in foris salierit et se inpa-

<sup>1</sup>) *Sic cod. Vercellensis.*

lauerit, tunc ille cuius sepe esse inuenitur, eum conponat. Et damnum, si intra ipsa clausura fecerit, conponat ei cuius clausura est.

305. Si quis fossatum circa campum suum fecerit, et cauallus aut alter peculius ibidem ceciderit, aut homo periclitauerit, non requiratur ab ipso, cuius fossatum inuenitur esse, quia pro saluatione campi sui fecit, nam non dolose tractauit. Et si eum occulte cooperierit, et damnum si factum fuerit, conponatur ab ipso qui occulte fecit.

306. De puteo. Si aliquid in puteo alterius ceciderit, et mortuum aut debilitatum fuerit, non requiratur cuius puteus est: quia puteus aquae communis omnium utilitatis inuenitur esse.

307. De arma. Si quis alii armam suam simpliciter prestauerit, et ille qui acceperit, aliquid mali cum ipsa fecerit, non requiratur illi culpa, qui prestetit, sed ei qui malum cum ea penetrauit. Et e contrario, si ille qui prestetit, consensum ad malum faciendum habuit, collegas illi sit ad ipsum malum sanandum.

308. Si quis suam auctoritatem arma alterius tollere presumpserit, et malum cum ea fecerit, non sit illi culpa, cuius arma est, sed illi, qui cum ea malum fecit.

309. De fera. Si qua fera ab homine plagata fuerit et in ipso furore hominem occiderit, aut quodlibet damnum fecerit, tunc ipse qui plagauit ipsum homicidium aut damnum conponat, sub ea uidelicet obseruatione, ut tamdiu intellegatur culpa uenatoris, quamdiu eam secutus fuerit, aut canis ipsius. Nam si ipsa fera postposuerit et se ab ea turnauerit, posteaque fera ipsa damnum fecerit, non requiratur ab eo qui plagauit aut incitauit.

310. De pedica. Si in pedica aut in taliola fera tenta fuerit et in hominem aut in peculium damnum fecerit, ipse conponat qui pedica misit.

311. Si quis super fera ab alio plagata, aut in taliola tenta, aut a canibus circumdata, iter suum postponens, uolens eam lucrari, super ipsam se miserit, et ab ipsa plagatus fuerit aut occisus, non requiratur ab eo qui plagauit aut

incitavit, sed suae culpe et audaciae repotit, qui cum auctoritate lucrandi animo se super eam misit.

312. De fera inuenta ab alio uulnerata. Si quis fera ab alio uulnerata aut in taliola tenta aut a canibus circumdata inuenerit, aut forsitan mortua, aut ipse occiderit et saluauerit, et bono animo manifestauerit, liceat eum de ipsa fera tollere dextro armo cum septem costas.

313. De fera celata. Si quis fera ab alio plagata, aut forsitan mortua inuenerit et celauerit, conponat solidos sex illi qui eam plagauit.

314. Quamdiu fera intellegatur esse uenatoris. Si ceruus aut qualebit fera ab alio hominem sagittata fuerit, tamdiu illius esse intellegatur, qui eam sagittauit, usque ad aliam talem horam diei aut noctis, id est oras uiginti quattuor, quo eam posposuit et se turnauit. Nam qui eam post transactas predictas horas inuenerit, non sit culpa uelis, sed habeat sibi ipsa fera.

315. De ceruo domestico. Si quis ceruum domesticum qui tempore suo rugire solit, fragiauerit, conponat domino eius solidus duodicem; nam si furauerit, in actogild reddat.

316. Si quis ceruum domesticum alienum, qui non rugierit, intrigauerit, conponat domino eius solidos sex; nam si eum furauerit, reddat in actogild.

317. De aues domesticas. Si quis acceptore, groua aut cicino domestico alieno intrigauerit, sit culpabiles sol. sex.

318. De apes. Si quis de apeculare uas cum apes furauerit unum aut plures, conponat solidos duodecim.

319. Si quis de arbore signato in silua alterius apes tulerit, conponat solidus sex. Nam si signatum non fuerit, tunc quicumque inuenerit, iure naturale [§. 12. *Inst. de rer. diuis. II, 1*] habeat sibi, excepto in gahagio regis; et si contegerit dominum, cuius silua est, superuenerit, tollat mel, et amplius culpa non requiratur.

320. De acceptoris. Si quis de silua alterius accepturis tulerit, excepto gahagium regis, habeat sibi. Nam si dominus seluae superuenerit, tollat acceptoris, et amplius culpa

aduersus eum non requirat. Et hoc iubemus: si quis de gabagio regis tulerit accepturis, sit culpabilis solid. duodicem.

321. Si quis de arbore signato in silua alterius acceptures de nido tulerit, conponat solidos sex.

322. De canis incetatùs. Si quis canis alienùs clamauerit aut incetauerit, et damnum fecerint in hominem aut in peculium, non repotetur illi culpa, cuius canis sunt, sed illi qui eos incitauit.

323. De homine rabioso. Si peccatis eminentibus homo rabiosus aut demoniacus factus fuerit, et damnum fecerit in hominem aut in peculium, non requiratur; tantum est, ut sine culpa non occidatur.

324. Si canis aut caballus aut quislibet peculius rabiosus factus fuerit, et damnum fecerit in hominem aut in peculium, non requiratur a domino, et qui ipsum occiderit, simili modo non requiratur, ut supra.

325. De quadrupedia, si in hominem aut in peculium damnum fecerit, ipse conponat damnum, cuius fuerit peculius.

326. Si caballus cum pede, si boues cum corno, si porcus cum dentem hominem intrigauerit, aut si canis morderit, excepto ut supra si rabiosus fuerit, ipse conponat homicidium aut damnum, cuius animales fuerit, cessante in hoc capitulo faida, quod est inimicitia; quia muta res fecit, nam non hominis studium.

327. De caballo praestito. Si quis praestitum aut conductum caballum aut bouem aut canem aut quolibet animalem habuerit, et dum in ipso beneficio aut conductura est, damnum fecerit, non requiratur proprio domino, sed ille qui praestitum post se habuit, ipse homicidium aut damnum conponat.

328. Si animales alienum animalem occiderit aut intrigauerit, id est boues bouem, aut quislibet peculius, tunc dominus qui animalem suum intrigatum inuenerit, aut forsan iam marcidum aut minuatum, iubemus ut consignet ipsum intrigatum illi, cuius animales eum intrigauit, ut similem qualis in illa diae fuit, quando fragiatus est, recipiat ab ipso cuius animales hoc fecit.

329. De cane furato. Si quis canem furauerit, sibi nunum reddat.

330. Si quis se uindicandum occiderit canem alienum, id est cum spata aut uirga, aut cum qualebit arma manotendo, non ei requiratur; tantum est ut ipsa uirga tales inueniatur esse, ut mediocris spata. Nam si post ipsum iactauerit, et eum occiderit, reddat ferquido id est similem.

331. Si quis canem alienum nocte aut in diem damnun facientem in casa sua inuenerit, si eum occiderit, non requiratur; et si occisus non fuerit, damnum quod fecirit, dominus reddat.

332. De uacca praegnante. Si quis percusserit uacca pregnantem, et auortum fecirit, conponat tremisse uno. Et si mortua fuerit, reddat eam qualiter adpraetiata fuerit, simul et pecus.

333. De equa praegnante. Si quis percusserit equa praegnante, et auortum fecirit, conponat solidum unum; et si mortua fuerit, reddat eam, simul et pecus, ut supra[cap. 332].

334. De ancilla praegnante. Si quis percusserit ancilla grauida et auortum fecirit, conponat solidos tres. Si autem ex ipsa percussura mortua fuerit, conponat eam, simul et quod in utero eius mortuum est.

335. De animale excoriato. Si lupus animale cuiuscumque occiderit, et aliqui eum nesciente domino excortecauerit et celauerit, et per proditurem inuentum fuerit, conponat solidos duodicem.

336. Si in flumine animal mortuus fuerit aut ubicumque, et ab alio homine, cuius non fuerit, excoriatus fuerit; qui eum excoriauit, conponat solidos duodicem.

337. De caballo plagato. Si quis caballum alienum aurem aut oculum excusserit, aut aliquam laesionem corporis fecerit, recepiat ipsum qui laesus factus est, et reddat ei ferquido id est similem.

338. De coda caballi. Si quis caballum alienum coda cappellauerit, id est setas tantum, conponat solidos sex.

339. Si quis caballum alienum plagauerit aut aliquam lesionem fecerit, tunc dominus illius caualli retradat cauallum



ipsum illi homini, qui ei lesionem fecit, ut ipse eum sanet; et dum ipsum sanare potuerit, det illi suum proprium cauallum, qualiter usque suam faciat utilitatem. Et si cauallus, qui lesus fuit, ad pristinam redierit sanitatem, reddat ipsum proprio domino; si autem ex ipsa lesione mortuus fuerit, reddat alium similem. Et si contegerit, ipse cauallus, qui pigneratus est, post ipsum moriatur, tunc satisfaciat [*cap.* 366. 368] ille, qui eum pigneratum habuit, si pulsatus fuerit, quia non per illius neglectum mortuus fuit; postea nulla sit repetitio.

340. Si quis cauallum alienum ascenderit et infra uicinia tantum cauallauerit, id est prope ipsum uicum, conponat solidos duos; nam si inantea eum caballicare presumpserit et dominum non rogauerit, in actogild reddat.

341. De disfigurato cauallo. Si quis cauallum alienum preserit, ipsumque disfigurauerit aut circinauerit, furti poena sit culpabilis, id est in actogild, sibi nonum.

342. Si quis cauallum alienum aut quodlibet peculium, credens suum praeserit, et dominus proprius eum cognouerit, calumniaque generare uoluerit; ita decernimus, ut prebeat sacramentum ille qui eum tenuit, quia non asto animo, nec aliqua causa faciente eum praesisset, sed credidit suus fuisset: sit absolutus a culpa furti, et reddat caballum proprio domino inlesum. Si autem non praesumpserit iurare, reddat eum in actogild; quia postquam cognouit, quod suus non fuit, mox debuit proprio domino innotescere. Nam si eum, postquam cognouit, quod suus non fuit, ascenderit, sit culpabilis, ut supra, solidos duo.

343. De peculio in damnum inuento. Si quis caballum alienum aut quodlibet peculium damnum facientem inuenerit, ipsumque in curte inclauserit, et non uenerit certus dominus qui eum cognuscat: tunc ille qui eum in damnum inuenit, ducat eum ad iudicem qui in loco ordinatus est, aut certe ante ecclesia in conuento usque quarta et quinta uicem, et omnibus uocem praeconia innotescat, quia caballum inuenit. Et si non uenerit, qui eum cognuscat, iubemus ut ille, qui eum inuenit, caballicet et custodiat eum tamquam suum

proprium. Et si mortuus fuerit, signa de ipso corio conseruit, ut cum uenerit certus dominus, habeat quod ei ostenderet; nam si ista neclexerit et inuentum fuerit, sibi nonum eum reddat, et si ista cautela obseruauerit, sit absolutus a calumnia.

344. De peculio asto in damno misso. Si quis caballûs aut armenta asto animo in messe aliena aut in prato uel in quolibet damnum miserit, conponat per caput solidum unum, excepto damnum, sicut arbitratum fuerit, et loci consuetudo [*cap.* 346] est: sic tamen si pastor non ausauerit iurare, quod asto animo non misisset; si iurauerit, sit exsolutus a culpa, tamen damnum conponat.

345. Si quis porcûs aut pecora asto animo in damnum alterius miserit, et se non ausauerit eduniare, conponat solido uno, excepto damno.

346. Si quis peculium de damno ad clausura minauerit, et ille cuius peculius est, ei antesteterit, conponat solidum unum, excepto damno, ut arbitratum fuerit. Et si in curtem perminauerit, tunc ille cuius peculius est roget eum, ut ei reddatur; sic tamen ut dit pignus per ultimum ualente siliquas tres, aut certe fideiussorem sub tali titulo, ut damnum quod arbitratum fuerit conponatur, aut fabula [*cap.* 344], quae inter uicinûs est. Et si pignus suscipere noluerit, et una nocte peculium post se tenuerit, conponat solido uno. Et si ille, cuius peculius est, tenens duritiam cordis eum liberare dispexerit, tunc habeat eum ille, qui in damnum inuenit, nouem noctis; aqua tantum ei dit, et de damnum in hoc sibi sit contentus, eo quod nouem noctis ipsum peculium tenuit. Et si ex ipso peculio aliquid mortuum fuerit, negligentiae suae repotit, qui dispignerare neglexit.

347. Si hominem iterantem caballus aut quislibet peculius secutus fuerit, et ille quem sequitur, in ligamen aut in clausura eum miserit, ipse eum saluum faciat, sicut supra [*cap.* 343] constitutum est, ut ueniente proprio domino restituat. Nam si sequere coepit, et se de uia turnauit, nulla sit culpa illi, quem sequere coepit.

348. Si quis ab alio homine rogatus fuerit, caballum aut quolibet peculium querere, signaque ei dictauerit, et ille forsitan qui rogatus est, caballum alienum aut peculium per errorem praeserit: si uenerit proprius dominus et calumniam generare uoluerit, ita prospeximus, ut ille qui eum per errorem tenuit, praebeat sacramentum, quia credit ipsum esse, unde rogatus fuerit; tunc reddat caballum et amplius non calumniatur, si eum male non tractauerit. Et si non uenerit proprius dominus, reddat eum illi, de quem ipsum tulit, ut ipse iterum iuxta legem, sicut supra [cap. 343] decretum est, conseruit.

349. De porcûs, si in isca alterius pauerint et inuenti fuerint, si minus sunt de decim, non occidatur neque unus ex ipsis; sed ille qui eos inuenerit, teneat unum ex ipsis, et habeat saluum, et componatur ei per porco siliquas tres. Nam si super fuerint de decim, et usque ad decim, occidatur unus mediocris, et non requiratur; nisi si minus fuerint de decim et occiderit, reddat ferquido, id est similem.

350. Si quis in pratum porcos fossas facientes unum aut plures inuenerit, occidatur unus tantum et non requiratur.

351. De uerre. Si quis uerrem alienum furauerit, componat solidos duodicem; ipse dicitur sonorpair, qui omnis aliûs uerres in grege battit et uincit. Tamen in uno grege, quamuis multitudo porcorum fuerit, unus conpotetur sonorpair; nam si minor grex de triginta capetum fuerit, non repotetur sonorpair, nisi si triginta aut super fuerint. Et si in damnum ipse sonorpair occisus fuerit, aut similem aut meliorem ipse qui occiderit, restituat et damnum ei componatur; nam si alii uerres aut porci furati fuerint, in actogild reddatur.

352. De porcario battudo. Si quis porcario de homine libero battederit, ipse qui de curte ipsius exit, nam non de casa massarii, componat solidos uiginti. Tantum est ut porcarius ipse ferita prius non faciat aut scandalum committat; nam si fecerit plagas aut feritas, arbitrentur et componantur.

353. Si duo porcarii inter se battederint aut scandalum commiserint, plagas aut feritas conponatur; nam alia culpa non requiratur.

354. De campo alieno arato. Si quis campum alienum arauerit, sciens non suum, aut sementem spargere presumpserit, perdat opera et frugis, et ille qui campum suum conprobauerit, habeat fruges.

355. De campo exarato. Si quis exarauerit campum alienum seminatum et suum non potuerit prouare, aliud tantum fruges, quod deuastauit, proprio domino reddat et pro incautam presumptionem conponat solidos sex.

356. De prato secato aut exarato. Si quis pratum alienum segauerit aut exarauerit, et fenum reddat, et pro inlecita presumptione conponat solidos sex.

357. Si quis campum alienum asto cum peculio suo delierit, aut spicas manibus euellerit, conponat solidos sex.

358. Nulli sit licentia iterantibus erba negare, excepto prato intacto tempore suo, aut messem. Post fenum autem aut fruges collectas, tantum uindicit cuius terra est, quantum cum clausura sua potest defendere. Nam si cauallus iter facientibus de stupla aut de ipsa pascua, ubi alia peculia pascent, mouere presumpserit, in actogild ipsus cauallus conponat, pro eo quod ipsos de aruo campo, quod est fons-accri, mouere presumpsit.

359. De sacramentis. Si qualiscumque causa inter homines liberos et sacramentum dandum fuerit, si usque ad uiginti solidos fuerit causa ipsa aut amplius, ad euangelia sancta iurit cum duodecim aidos suos, id est sacramentales, ita ut sex illi nominentur ab illo, qui pulsatur, et septimus sit ille qui pulsatur, et quinque quales uoluerit liberos, ut sint duodicem. Quod si minor fuerit causa de uiginti solidis usque ad duodicem, sibi sextus iurit ad arma sacrata; tres ei nominat qui pulsatur, et duos liberos sibi elegat qui pulsatur, quales uoluerit; et sextus sit ipse. Et si minor fuerit causa de duodicem solidis, sibi tertius iurit ad arma: unum ei nominat et alium sibi querat, et tertius sit ipse.

360. De uadia et fideiussorem. Si quis alii uadia et fideiussorem de sacramento dederit, per omnia, quod per uadia obligauit, adimpleat. Et ille, qui pulsat et uadia suscipit, proximioris sacramentalis qui nascendo sunt, debeat nominare: tantum est excepto illos, qui grauer<sup>e</sup> inimicitiam cum ipso qui pulsat, commissam habet, id est si ei plaga fecit, aut in mortem consensit, aut res suas alii thingauit, ipse non potest esse sacramentales, quamuis proximus sit, eo quod inimicus aut extraneus inuenitur esse.

361. Si quis alii pro quacumque causa uadia et fideiussorem de sacramento dederit, dit ei spatium usque in duodecim noctis ad ipsum sacramentum dandum; et si forsan propter aegritudinem aut alia causa superuenientem in predictum constitutum non potuerit iurare, suspendatur causa usque ad alias duodecim noctis. Et si nec tunc compleuerit, et totum annum unum uolontariae dilatauerit et sacramentum non dederit, tunc rem ipsam, unde agitur, amittat et ille adquirat, qui uadia suscepit. Et contrario: si ille, qui uadia suscepit, dilatauerit sacramentum audire et annum totum protraxerit, post transacti anni spatium nulla in posterum habeat facundiam de ipsam rem loquendi; sed ille qui paratus fuit sacramentum dare, firmiter possedeat.

362. Si post sacramentum iudicatum aliquis moriatur. Si contegerit homini post datum fideiussorem de sacramento et sacramentalis nominat<sup>us</sup> mori, et fili<sup>us</sup> demiserit, posteaque ille qui causam quaerit, pulsauerit fili<sup>us</sup> dicendo: quia quicquid pater per uadia et fideiussorem obligauit, fili complere debent; tunc necesse est fili<sup>us</sup>, quamuis uirtutem minorem habeant a patre, aut per sacramentum negare, quod pater eorum non promisissit, aut certe, quod pater eorum spondedit, adimpleant. Et si aliquis de ipsos sacramentalis mortuus fuerit, potestatem habeat ille qui pulsat, in locum mortui alium similem nominare de proxim<sup>us</sup> legitim<sup>us</sup>, aut de nat<sup>us</sup>, aut de gamahalos id est confabulat<sup>us</sup>. Et si dixerit qui pulsat, quod sacramentum ruptum fuisset, praebeat sacramentum qui negat, si ausus fuerit:

quia neque patris neque ipsius sacramentus ruptus non fuisset; postea iurit sicut supra constitutum est.

363. De sacramentum ruptum. Sacramentum tunc intellegitur ruptum, quando presentis sacrosancta euangelia aut arma sacrata, ipse qui pulsatur, cum sacramentalis suos coniunxerit, et non ausauerit iurare, aut ipse aut aliquis de sacramentales suos se subtraxerit; tunc intellegitur sacramentum ruptum.

364. De eo, qui prius manifestauerit et sacramentum promittit. Si pro quacumque culpa homo pulsatus fuerit ab alio, et negauerit, liceat eum se eduniare secundum legem et qualitatem causae. Si autem manifestauerit se fecisset, componat secundum quod in hoc edictum legitur. Nam nulli liceat, postquam prius manifestauerit, postea per sacramentum negare, quod non sit culpabiles, postquam ipse se culpabilem adsignat. Quia multùs cognouimus in regno nostro tales prauas opponentes intentiones, haec nos mouerunt presentem corrigere legem et ad meliorem statum reuocare.

365. De debitum patris mortui. Si quis post mortem patris filium de debitum appellauerit, quod pater debitor fuisset, et filius negauerit, ita decernimus ut praebeat filius sacramentum secundum qualitatem pecuniae [*cap.* 359. 366], unde pulsatur, quod pater ipsius ei debitor non fuisset; aut per pugna defendat, si potuerit.

366. Si aliqua inter creditorem et debitorem atque fideiussorem surrexerit intentio, et dixerit creditor: „quia in tale praetexto uadia suscepi“, et fideiussor negauerit, non est causa fideiussori sacramentum preuere; nisi debitor singulus [*cap.* 230] satisfaciat aut ad euangelia, aut ad arma: „quia in tale capitulo nec uadia dedi nec fideiussore posui“.

367. De uuaregang. Omnes uuaregang, qui de exteris fines in regni nostri finibus aduenerint, seque sub scuto potestatis nostrae subdederint, legibus nostris langobardorum<sup>1</sup> uiuere debeant, nisi si aliam legem ad pietatem nostram

<sup>1</sup>) *cfr.* *cap.* 226. *Paul. Diac. lib. III. cap. 6.*

meruerint. Si filiùs legetimùs habuerint, heredes eorum existant, sicut et filii langobardorum; si filiùs legetimùs non habuerint, non sit illis potestas absque iussionem regis res suas cuicumque thingare, aut per quolibet titulo alienare.

368. De camfionibus. Nullus camphio praesumat, quando ad pugnando contra alium uadit, herbas quod ad maleficias pertinet, super se habere, nec alias tales similes res, nisi tantum arma sua, quae conuenit. Et si suspicio fuerit, quod eas occulte habeat, inquiretur ad iudicem, et si inuenta super eum fuerit, euellantur et iactentur. Et post istam inquisitionem tendat manum ipse camfio in manum parentes aut conliberti sui, ante iudice satisfaciens dicat, quod nullam talem rem quod ad maleficias pertinet, super se habeat; tunc uadat ad certamen.

369. De causas regales. Omnis uero regales causas, quae ad manum regis perteneunt, unde conpositio expectatur aut culpa queritur, dupliceter secundum antiquam consuetudinem conpunantur; excepto mundium de liberas aut mordh aut alias que similes sunt, unde noningenti solidi iudicantur, quas in suum uigorem constituimus permanere. Reliquas omnis, ut praediximus, in duplum exegantur.

370. Si seruus regis mordh fecerit, ita decernimus, ut conponatur ipsa persona, sicut adpraetiatum fuerit, et seruus ipse super fossa ipsius mortui adpendatur, ut in eum uindicta detur, et sit causa supita.

371. De alias uero causas, unde liberi et serui aliorum hominum nuningentos solidos fiunt culpabiles, id est de muliere libera, si uiam antesteterit aut iniuriam fecerit, seu de greges equarum aut porcorum pigneratùs, uel reliquas quae similes sunt, unde et prefati sumus, nongenti solidi queruntur, de quas supra in hoc edictum [*cap.* 5. 8. 13...15. 18. 19. 26. 186. 187. 191. 249. 279] constituimus: seruus regis si fecerit, anime sue incurrat periculum et nongenti solidi non requiratur ad curtem regis.

372. Si seruus regis furtum fecerit, reddat in actogild, et non sit figangit.

373. Si seruus regis hoberus aut uuecuorin seu marahuorf, aut qualibit alia culpa minorem fecerit, ita conponat, sicut aliorum exercitalium, quae supra decreta [*cap.* 27. 30. 277. 380] sunt, conponuntur.

374. De sculdahis. Si quis sculdahis aut actorem regis occiderit utilitatem regis facientem, adpretietur pro libero hominem, sicut in hoc edictum legitur, et parentibus legitimis conponatur, excepto in curtem regis conponat, qui eum occiderit, solidos octugenta. Et si battutus fuerit aut legatus, similiter conponatur pro liberum hominem, aut secundum nationem suam, sicut in hoc edictum [*cap.* 41. 42] constitutum est; excepto in curtem regis pro culpa solidos octugenta.

375. Si gastaldius, aut quicumque actor regis, post susceptas aut commissas ad gubernandum curtes regis et causas regias, aliquid per gairethinx, id est donationem, ab alio quocumque factam conquesierit, sit illi stabilem, si per preceptionem indulgentiae regis in eum fuerit confirmatum. Alioquin quidquid, ut predictum est, post susceptam administrationem per gairethinx adquesierit, hoc totum regi adquirat, et non suo proprio nomine uindicet nec ipse, nec heredis ipsius.

376. Nullus presumat haldiam alienam aut ancillam quasi strigam, quem dicunt mascam, occidere; quod christianis mentibus nullatenus credendum est, nec possibilem ut mulier hominem uiuum intrinsecus possit comedere. Si quis de cetero talem inlecitam et nefandam rem penetrare presumpserit, si haldiam occiderit, conponat pro statum eius solidos 60, et insuper addat pro culpa solidos centum, medietatem regi et medietatem cuius haldia fuerit. Si autem ancilla fuerit, conponat pro statum eius, ut supra [*cap.* 130 . . . 136] constitutum est; si ministiriales aut rusticana fuerit; et insuper pro culpa solidos 60, medietatem regi et medietatem cuius ancilla fuerit. Si uero iudex huic opus malum penetrare iusserit, ipse de suo proprio pena superscripta conponat.



377. Si quis hominem liberum unum oculum habentem ipsum excusserit, duas partes pretii ipsius, quod adpretiatus fuerit si eum occidissit, conponat. Si autem haldium aut seruum alienum unum oculum habentem ipsum excusserit, conponat eum pro mortuo.

378. Si mulier libera in scandalum cocurrerit, ubi uiri litigant, si plagam aut feritam factam habuerit, aut forsitan inpincta fuerit aut occisa, adpretietur secundum nobilitatem suam, et sic conponatur, tamquam si in fratrem ipsius mulieris perpetratum fuisset; nam alia culpa pro iniuria sua, unde nongenti solidi iudicantur, non requiratur, eo quod ipsa ad litem cocurrit, quod inhonestum est mulieribus facere [*cfr. cap. 257*].

379. Si quis cassinam aut tectum alienum foris curtem, ubi uir non habitat, dum intentio fuerit de terra, disturbauerit aut in terram iactauerit, et terram suam sicut lex habet conuincere non potuerit, restauret ipsam cassinam, et conponat aliam talem sub extimationem pretii. Nam si casa ubi habitat, disturbauerit, conponat sicut in hoc edictum [*cap. 146. 149*] legitur, aratraibus.

380. Si quis peculium suum de clausura aliena occulte tulerit, et non rogauerit, conponat curtis rupturae, id est hoberos, solidos 20.

381. Si quis alium arga per furorem clamauerit, et negare non potuerit, et dixerit quod per furorem dixisset, tunc iuratus dicat, quod eum arga non cognouisset; postea conponat pro ipso iniurioso uerbo solidos duodecim. Et si perseuerauerit, conuincat per pugnam, si potuerit, aut certe conponat ut supra.

382. Si quis hominem liberum inpegerit, ut cadat, conponat solidos sex, sic tamen si alteram lesionem in corpore ipsius non fecerit. Si autem eum inpegerit et non ceciderit, conponat solidos tres.

383. Si quis hominem liberum surgentem rexa per barbas aut capillos traxerit, conponat solidos sex; si haldium aut ministrialem seu seruo rusticano per barbas aut capillos traxerit, conponat sicut pro ferita una.

384. De brachio, coxa seu tibia rupta. Si quis homini libero brachium super gubium, hoc est murioth, ruperit, conponat solidos uiginti; si autem subtus gubium, quod est treno, conponat solidos sedecim; si coxa ruperit super genuculum, quod est lagi, conponat solidos uiginti; si subtus genuculum, quod est tibia, conponat solidos sedecim. Si uero semus aut clodus fuerit, conponat sicut in hoc edictum legitur [*cap.* 112], quartam partem pretii.

385. De mundio puella et deuitum. Si mundius de puella libera, parentes mortuos, ad curtem regis ceciderit, et pater uel frater deuitum demiserit, in quotam portionem patri uel fratri heredes successerit, ita et deuitum persoluat. Simili modo et si naturales filii fuerint.

386. Praesentem uero dispositionis nostrae edictum, — quem deo propitio cum summo studio et summis uigiliis a celestem faborem praestitis, inquirentes et rememorantes antiquas legis patrum nostrorum quae scriptae non erant, condedimus, et, quod pro commune omnium gentis nostrae utilitatibus expediunt, pari consilio parique consensum cum primatos iudices, cunctosque felicissimum exercitum nostrum augentes constituimus — in hoc membranum scribere iussimus; pertractantes et sub hoc tamen capitulo reseruantes, ut quod adhuc, annuentem diuinam clementiam, per subtilem inquisitionem de antiquas legis langobardorum, tam per nosmetipsos quam per antiquos homines memorare potuerimus; in hoc edictum subiungere debeamus; addentes, quin etiam et per gairethinx secundum ritus gentis nostrae confirmantes, ut sit haec lex firma et stabelis, quatinus nostris felicissimis et futuris temporibus firmiter et inuiolabiliter ab omnibus nostris subiectis custodiatur.

387. Si quis hominem liberum, casum facientem, nolendo occiderit, conponat eum sicut adpretiatus fuerit, et faida non requiratur, eo quod nolendo fecit.

388. Et hoc addimus ac decernimus, ut causae, que fenitae sunt, non reuoluantur. Quae autem non sunt fenitae

et a presente uigesima secunda diae mensis huius nouembris indictione secunda incoatae aut commotae fuerint, per hoc edictum incidantur et finiantur.

Et hoc generaliter damus in mandatis, ne aliqua fraus per uicium scriptorum in hoc edictum adibeatur: si aliqua fuerit intentio, nulla alia exemplaria credatur aut suscipiatur, nisi quod per manus ansoald notario nostro scriptum aut recognitum seu requisitum fuerit, qui per nostram iussionem scripsit.

EXPLICIT EDICTO ROTHARITH.<sup>1</sup>

## ITEM QVOD GLORIOSISSIMVS GRIMVALD REX ADDIDIT DICENS:<sup>2</sup>

Superiore pagina huius edicti legitur ita, quod adhuc annuente domino memorare potuerimus de sincolas causas, quae in presente non sunt adfite, in hoc edictum adiungere debeamus, ita ut causae que iudicatę et fenitae sunt, non reuoluantur. Ideo ego uir excellentissimus grimouald gentis langobardorum rex, anno deo propitio sexto regni mei, mense iulio indictione undecima [p. Chr. 668], per suggestionem iudicum omniumque consensu, ea que illis dura et impia in hoc edictum uisa sunt, ad meliorem statum et clementiorem remedium corrigere et reuocare preuidemus.

### INCIPIIT CAPITVLA DE CAVSAS<sup>3</sup>.

389. [1] De trigenta annorum qui seruo possedit.  
 390. [2] De liberis de quibus constat.  
 391. [3] De culpam seruorum.  
 392. [4] De trigenta annorum possessione.  
 393. [5] De successione nepotum.  
 394. [6] De uxoribus dimittendis.

<sup>1</sup>) Sic cod. Vaticanus.    <sup>2</sup>) Rubricam, a. cod Vercellensi, omissam, ex Paris. 4614 damus.    <sup>3</sup>) Sic breuissime cod. Vaticanus; sequentia uerba et numeri maiores ex Vercellensi, minores ex reliquis codicibus.

395 [7]. De crimen oxoris.

396 [8]. Si mulier aut puella notum habuerit quemcumque habuere oxorem.

397 [9]. Si ancilla furtum fecerit.

1. De triginta annorum usocapione. Si seruus aut ancilla per triginta annos, qualiter rei ueritas cognita fuerit, per triginta annos dominis suis seruisset, et per superbia aut iniusta patrocinia se uoluerit de domino suo proprio per pugna uindicare, nullatinus ei permittimus, sed seruiat, sicut decet seruus aut ancilla, proprio domino suo. Similiter et si haldius fuerit, inpendat obedientia patrono suo, sicut per triginta annos fecit, et ei noua a domino suo amplius non inponatur; sed liceat eum res suas habere, quas per triginta annorum spatia iuste possedit.

2. De liberis de quibus constat triginta annis in libertate sua permansissit, nulla per pugna patiatur molestia, sed liceat eis in libertatem suam permanere. Et si eos quicumque pulsauerit, liceat illis cum sacramentalibus suis legitimis se edoniare.

3. De culpa seruorum. Si seruus talem culpam fecerit, unde nongenti solidi, qui in hoc edictum scripti sunt, iudicantur ut dominus pro seruo deberet conponere, et hoc amputare iussimus: si factum fuerit, nihil aliut conponat dominus eius, nisi ipsa persona tradatur ad occidendum, et conponat pro inlicita causa, quod seruus penetrauit, solidos sexaginta; amplius non requiratur. Et si ipse seruus fuga lapsus fuerit, et non potuerit dominus eius eum inuenire, det pro ipso seruo, qui fugam petiit aut se dilatauit, solidos uiginti, et prebeat sacramentum dominus eius, quod non potuisset ipsum seruum inuenire. Et si quandocumque inuentus fuerit, tradat eum, ut supra, ad moriendum, et recipiat solidos uiginti, quos pro fuga ipsius dedit; nam sexaginta solidos conponat pro culpa, quam seruus fecit. Et si expolia hominis sepulti seruus de sepultura tulerit [*cfr. Roth. cap. 15*], de quantum tullit, dominus eius reddat,

et conponat, ut dictum est, solidos sexaginta et persona tradatur ad moriendum.

4. De triginta annorum possessionem pretiorum. Si quis per treginta annos possederit casas, familias uel terras, et cognitum fuerit, quia eius possessio fuit, post triginta annorum curricula pugna non proueniat; nisi ipse qui possedit, secundum qualitatem pecuniae [*Roth. cap. 359*] cum sacramentum suum se defendat: nam per pugnam, ut dictum est, non fatigetur.

5. De successione nepotum, qui post mortem patris in sinu aui remanserit. Si quis habuerit filios legitimos unum aut plures, et contigerit unum ex filiis uiuente patre mori, et reliquerit filios legitimos unum aut plures, et contigerit auo mori: talem partem percipiat de substantia aui sui, una cum patruis suis, qualem pater eorum inter fratribus suis percepturus erat si uiuus fuisset. Similiter et si filias legitimas unam aut plures, aut filii naturales unum aut plures fuerint, habeant legem suam, sicut in hoc edictum legitur [*Roth. cap. 158...160*]. Quia inhumanum et impium nobis uidetur, ut pro tali causa exhereditentur filii ab hereditatem patris sui pro eo, quod pater eorum in sinu aui mortuos est; sed ex omnibus, ut supra, aequalem cum patruis suis in locum patris post mortem aui percipiant portionem. Similiter et si legitimi non fuerint, et naturales inuentus fuerit unum aut plures, habeat legem suam, id est tertiam partem ex omnibus.

6. De uxoribus dimittendis. Si quis uxorem suam absque culpam legitimam posposuerit, et alia in domo superinduxerit, conponat solidos quingentos, medietatem regi et medietatem parentibus mulieris; mundio uero eius mulieris quam postposuit, amittat; et si noluerit ad maritum suum reuerti, reuertatur ad parentes suos cum rebus suis et mundium.

7. De crimena uxoris. Si quis uxorem suam incriminauerit asto sine causa legitima, quasi adulterassit aut in animam mariti sui tractassit, liceat illi mulieri per sacramentum parentum aut per pugnam se mundare. Et si puri-

ficata fuerit, tunc maritus eius praebeat sacramentum cum parentibus suis legitimis, sibi duodecimus, quia non asto animo nec dolose ei crimen iniecit, ut eam deberet dimittere, nisi per certam suspicionem auditum habuisset haec uerba; et si haec fecerit, sit exolutus a culpa. Et si non fuerit ausus iurare, componat uirgild ipsius mulieris, tamquam si fratrem eius occidisset, medietatem regi et medietatem parentibus mulieris.

8. Si mulier aut puella notum habuerit, quemcumque habere uxorem, et super ipsam introierit et tulerit ei maritum non suum: iubemus ut omnes res suas perdat ipsa mulier, qui sciendo alterius marito uolontariae consensit; et medietatem de rebus eius accipiat curtis regia et medietatem parentibus. Et illam priorem mulierem recipiat maritus suus, et colat eam, ut decet uxorem legitimam. Vitium suum reputet, quae super alienam uxorem introire presumpsit, et nihil ei componatur, et faida non requiratur [*cfr. Roth. 188...190. 214*].

9. Si ancilla furtum fecerit, componat dominus eius ipsum furtum sibi nonum tantum. Nam quadragenta solidi, unde in hoc edictum legitur [*Roth. 254. 258. cfr. Liutpr. 147.*] pro culpa, quod est fegang, non requiratur, neque exegantur a domino ancillae.

## ITEM CAPITVLA QVOD ADDIDIT DOMNVS LIVTPRANT REX.<sup>1</sup>

398. [1].<sup>2</sup> Si quis langobardus sine filiis masculinis mortuos fuerit.

399. [2]. Si quis langobardus se uiuente filias suas nupto tradederit.

<sup>1</sup>) Sic cod. Vaticanus 4614.      <sup>2</sup>) Varia forma indicibus ad Liutprandi leges pertinentibus data est in libris manuscriptis. Antiquissima enim ea fuisse uidetur, ut singulorum annorum legibus singuli indiculi praemitterentur; quam tamen formam solus codex Parisinus 4614 in solo anno XVII seruauit, ita quidem, ut praemisso communi indice

- 400 [3]. Si quis langobardus sorores reliquerit.  
 401 [4]. Si langobardus sorores et filios in capillo in casa reliquerit.  
 402 [5]. Si filiae aut sororis contra uolontatem patris aut fratris egerit.  
 403 [6]. Si quis langobardus ut habit casus humane fragilitatis.

## [DE ANNO QVINTO.]

- 404 [7]. Si quis langobardus morgincap dare uoluerit.  
 405 [8]. Si qualiscumque causa inter conlibertus aut parentis conuenerit.  
 406 [9]. Si quis seruum aut ancillam in manum regis dederit.  
 407 [10]. Si quis seruum suum aut ancillam liberum dimiserit.  
 408 [11]. Si seruus dum in fuga est furtum fecerit.  
 409 [12]. Si quis puella ante XII annos aut sponsauerit aut tolerit.  
 410 [13]. Si quis langobardus ab alio homine quod deus auertat interemptus fuerit.  
 411 [14]. De sororibus qualiter una alterius succedere debeant.  
 412. Si autem qualiscumque cause amodo emerferent.

*legum anni primi, quinti, octauo, noni et undecimi, sequentibus annis XII. XIII. XV. XVI. et XIX nullus index praescriptus sit, ultimae autem leges, annorum scilicet XXI. XXII et XXIII, rursus communi indice praemiso coniunctae inueniantur. Huic proxime accedit Eporedianus codex, qui temporum rationem ita habuit, ut tam in praecedente generali omnium legum recensione quam in ipso contextu ab unoquoque anno noua numerorum series ordiatur; quem ordinem Vercellensia etiam supplementa, saeculo decimo scripta, in contextu seruarunt. Ceteri codices continua numerorum serie omnes Liutprandi leges recensent: Vercellensis ita, ut anterioris edicti numeros continuaret, alii ita, ut noua serie 152, 153, uel 154 capitula Liutprandina enumerarent. Annorum mentio omnino desideratur in Vercellensi, Guelferbytano et Gothano indice. — Nobis autem nunc sufficere uidebatur Vercellensem indicem, post Liutprandi annum uigesimum tertium (p. Chr. 735) confectum integrum exhibere, adiecta tamen ex ceteris codicibus uulgari numerorum serie et annorum distinctione.*

## [DE ANNO OCTAVO.]

- 413 [15]. Quicumque homo uadia dederit et fideiussore posuerit presentia duorum uel trium.
- 414 [16]. Si quis mutuauerit solidum cuicumque homini per cautione.
- 415 [17]. Si frater fratrem in peccatis occiderit.
- 416 [18]. Si quis negotium peragendum uel pro qualicumque artificio intra prouincia uel extra prouincia ambolauerit.

## [DE ANNO NONO.]

- 417 [19]. De aetate in quantis annis deueat esse legitima etas.
- 418 [20]. Si quis liber homo se defendendum liberum hominem occiderit.
- 419 [21]. Si seruus cum uolontate domini sui hominem liberum occiderit.
- 420 [22]. Si mulier res suas consentiente uero suo aut communiter uenundari uoluerit.
- 421 [23]. Si quis seruum aut ancillam suam in ecclesia circa altare amodo liberum aut libera dimiserit.
- 422 [24]. Si mulier libera seruum tolerit.
- 423 [25]. Si quis causam habuerit et sculdahis suo causam suam dixerit.
- 424 [26]. Si homenis de sub uno iudice de duobus tamen sculdahis causam habuerit.
- 425 [27]. Si quis in aliam ciuitatem causam habuerit.
- 426 [28]. Si quis causam habuerit.  
[29 Si mulier res suas uendere uoluerit, non absconso uendat.<sup>1</sup>]

## [DE ANNO DECIMO.]

- 427 [30]. De his feminis que uelamen sancte religionis suscipiunt.
- 428 [31]. Si quis rapuerit qualemcumque femina.
- 429 [32]. De his qui inlecito matrimonio nati sunt uel nascuntur.

<sup>1</sup>) *Ex codice Matritensi et Cauensi; cod. Paris. 4613 hac parte mutilus.*



- 430 [33]. Hoc autem deo iobante statuere preuidemus ut amodo nullus homo presumat relicta de consoprino aut insoprino suo uxorem ducere.
- 431 [34]. Item hoc censemus atque precipimus ut nullus presumat cummatrem suam uxorem ducere.
- 432 [35]. Si quis sine uoluntate regis in qualicumque ciuitatem contra iudicem suum seditionem leuaberit.
- 433 [36]. Si quis dederit uuadium et eam recepere neglexerit.
- 434 [37]. Si quis alteri homini uuadium dederit et antequam eam per fideiussorem liberit uiolenter de manu illius abstraxerit.
- 435 [38]. Si quis alii uadium dederit et uoluerit eam per fideiussores suos suscipere.
- 436 [39]. Si quis alii homini uuadium dederit pro quacumque causa et fideiussorem posuerit.
- 437 [40]. Si quis alii homini uuadia dederit et fideiussorem posuerit.
- 438 [41]. Si quis alium ante constitutum pignerauerit.
- 439 [42]. Si quis iudex aut actor publicus in qualicumque ciuitatem aut locum inter homenis qui aliquam discordiam habent.
- 440 [43]. De donatione si quis alio homini qualiscumque rem donauerit.
- 441 [44]. De seruis fugace et aduena homines in alia iudiciaria inuentus fuerit.
- 442 [45]. Si quis astalaria alterius capelauerit.
- 443 [46]. Si quis fossatum in terra alterius fecerit.
- 444 [47]. Si quis sepe in terra alterius miserit.
- 445 [48]. Si quis liberum hominem foris prouincia uindederit.
- 446 [49]. Si quis seruum alienum foris prouincia uindederit.
- 447 [50]. De seruo in sacramento misso.
- 449 [51]. Si quis seruum alienum in manu regis dederit.
- 448 [52]. Si quis seruum alienum sine uolontatem domini sui liberum dimiserit.
- 450 [53]. Si quis seruum alienum sine uolontatem domini sui clerigauerit.

## [DE ANNO DVODECIMO.]

- 451 [54]. Si quis cartolam donationis per Garethinx facta.  
 452 [55]. Si quis seruum suum fulfream thingauerit.  
 453 [56]. Si quis alium de furto pulsauerit.  
 454 [57]. Si quis deuitum fecerit et res suas uindederit.  
 455 [58]. Si infans dum intra aetate est res suas cuicumque dederit aut infiduciauerit.  
 456 [59]. Si quis gastaldius uel actor curtem regiam habens ad gubernandum.  
 457 [60]. Si aldius cuiuscumque cum libera muliere aut puella fornigatus fuerit.  
 458 [61]. Si quis alii uuadia de sacramentum dederit.  
 459 [62]. Reminiscimus enim qualiter iam statuimus, qui hominem liberum occiserit.  
 460 [63]. Si quis testimonium falsum contra quemcumque redderit.  
 [64. De seruis qui amodo in furtum comprehenduntur.<sup>1)</sup>

## [DE ANNO TERTIO DECIMO.]

- 461 [65]. De eo qui filiam in capillo in casa habuerit et filium non reliquerit legetimum.  
 462 [66]. De libero hominem qui uxorem de seruo aut de aldione suo uiuente ipso marito tolerit.  
 463 [67]. Si quis alii cautionem fecerit et non ei obligauerit de rebus suis.  
 464 [68]. De aldionibus qui de persona sua aldionis sunt.  
 465 [69]. Si aldius cuiuscumque in casa alterius nesciente domino suo fuerit.

## [DE ANNO QVARTO DECIMO.]

- 466 [70]. Si inter fratris per 40 annos possessio fuerit.  
 467 [71]. Si quis alio asto conpellauerit de pugna.  
 468 [72]. Si quis liber homo ad alium liberum hominem consilium dederit periurare.  
 469 [73]. De donatione quae sine launegild aut sine thingatione facta est.  
 470 [74]. Si infans dum intra aetate est res suas cum fratribus aut cum parentibus suis deuidere uoluerit.

<sup>1)</sup> *Ex codd. Paris. 4613, Matritensi et Cauensi.*

- 471 [75]. Si infans dum intra aetatem est causam habuerit.  
 472 [76]. De religiosa femina quae uestem et habitum sancte religionis suscepit.  
 473 [77]. Si duo fratris aut si pater et filius thingati fuerent.  
 474 [78]. De possessione qui aliquit de puplico haurit.  
 475 [79]. De eo homine qui cauallo in mercato comparare uoluerit.  
 476 [80]. De furonibus ut unusquisque iudex in ciuitatem suam faciat carcirem sub terram.  
 477 [81]. Si quis homo cauallum perdederit aut aliam qualemcumque rem.  
 478 [82]. Si quis carrum et boues in silua inuenerit.  
 479 [83]. De omnibus iudicibus quando in exercito ambolare necessitas fuerit.

## [DE ANNO QVINTO DECIMO.]

- 480 [84]. Si quis timoris dei inmemor ad ariolos aut ad ariolas pro aruspicias aut qualibuscumque responsis ab ipsis accipiendi.  
 481 [85]. Si quis iudex aut sculdahis atque saltarius uel decanus de loco ubi arioli aut ariolas fuerit.  
 482 [86]. Si quis cauallum alienum in damnum suum inuenerit.  
 483 [87]. Si quis cum seruo et aldione uel cum pertenentem alieno de qualiscumque rem conuenerit.  
 484 [88]. De seruis fugacibus.  
 485 [89]. Si quis coniogi suae meta dare uoluerit.  
 486 [90]. Si quis res alienas casas aut terras aut pecunia aut familias malo ordine posserit.  
 487 [91]. De scribis hoc prospeximus ut qui cartolas scribent.  
 488 [92]. Si quis liber homo in terra aliena resedens liuellario nomine homicidium fecerit.  
 489 [93]. Si quis mulierem aut puellam que in alterius mundio est in sacramento miserit.  
 490 [94]. Si quis fream alienam sine uolontatem de mundoald eius mouere de casa ubi inhabitat presumserit.  
 491 [95]. Si quiscumque liber homo ancillam suam pro religionis et munditiae causa uestem religiosam induerit.

## [DE ANNO SEXTO DECIMO.]

- 492 [96]. Si quis pro causam suam aliquid iudici aut ad qualemcumque locopositus uel fedelis regi dederit.
- 493 [97]. Si quis alium pulsauerit de seruo suo aut aldionem quod furtum aut humicium aut aliquod malum fecissit.
- 494 [98]. Si seruus cuiuscumque ancillam alterius tolerit.
- 495 [99]. De puero intra aetatem.
- 496 [100]. Nulli sit licentiam qualeuit mulierem mundium eius habens in potestatem post mortem mariti sui ante anni spacium eam uelare.
- 497 [101]. Si qua mulier religionis uelamen induta fuerit.
- 498 [102]. Si quis langobardus habuerit filium masculinum legetimum unum aut filia legetimam unam aut plures.
- 499 [103]. Nulli sit licentiam coniugi suae de rebus suis amplius dare per qualemcumque ingenium, nisi quod ei in diem uotorum in mepfio et morgincap dederit.

## [DE ANNO SEPTIMO DECIMO.]

- 500 [104]. Si seruus cuiuscumque habens legitimam uxorem et aliam ancillam super eam duxerit.
- 501 [105]. De his qui de inlecito matrimonio nati sunt.
- 502 [106]. Si quis aldiane alienam aut suam ad uxorem tollere uoluerit.
- 503 [107]. Si plures homenis cartolam conuenientiae inter se fecerent.
- 504 [108]. Si quis fidiussorem aut deuitorem suum pignerauerit et ipsum pignus recolligere neclexerit.
- 505 [109]. Si quis permissum habuerit de deuitorem aut fideiussorem suum, ut per boue aut cauallus domitus pignerare possit.
- 506 [110]. Si quis seruum alienum aut ancillam loco pigneris tenuerit.
- 507 [111]. Si quis seruum aut aldionem alterius per conludium conprehendere presumpserit.
- 508 [112]. De puella unde antea dixemus ut in duodecimo anno legitima sit ad maritandum.
- 509 [113]. Si quis langobardus uoluerit in filios suos sibi bene seruientibus aliquid largiri.

- 510 [114]. Si puella sine uoluntate parentum absconse ad maritum ambolauerit.
- 511 [115]. Si quis possederit qualiscumque rem mouilem aut inmouilem per cartolam falsam.
- 512 [116]. Si quis commutauerit terram aut pratum uel siluam et inibi laborauerit.

## [DE ANNO NONO DECIMO.]

- 513 [117]. Si infans ante decem et octo annos, quod nos instituemus ut sit legitima etas.
- 514 [118]. Relegimus enim quod statuimus cum nostris iudicibus ut qui hominem liberum occiserit.
- 515 [119]. Si quis filiam suam aut sororem sponsare uoluerit, habeat potestatem cui uoluerit, libero tamen hominem, sicut anterior contenit edictus.
- 516 [120]. Contenit autem anterior edictus de fream suam qui eam male tractauerit ut admittat mundium ipsius.
- 517 [121]. Si quis admodum inuentus fuerit cum uxorem alienam turpiter conuersari.
- 518 [122]. Si quis miser insipiens homo presumpserit sponsare mulierem habentem uero sibi ipse uir eius egrotus sit sibi sanus.
- 519 [123]. Si quis fororem accepto battederit hominem liberum aut mulierem liberam aut puellam, qui in scandalum ubi ueri liticant uenirent.
- 520 [124]. Si quis aldium aut aldiam seruus uel ancillam battederent et per ipsam battetura ponderosi facti fuerent.
- 521 [125]. Si quis malitiose et per superua sicut et modo factum esse cognouimus mulierem aut puellam liberam sedentem ad necessitatem corporis sui.
- 522 [126]. Si aldus cuiuscumque aldia alterius tolerit ad uxorem.
- 523 [127]. Si quis romanus mulierem langobarda tolerit et mundio ex ea fecerit.
- 524 [128]. In anteriore edicti nostri capitula adfixemus, si uuadium suam soluendam quispiam liber homo tres fideiussores habuerit liberos homines.
- 525 [129]. Interuenientem uanissima et superstitiosa uel cupida suacionem et peruersionem aparuit modo in his temporibus.

## [DE ANNO VIGESIMO PRIMO.]

- 526 [130]. Si quis dixerit coniugi suae malam licentiam dandum quia uadit cumgumbe cum tale homine.
- 527 [131]. Si quis comendauerit res suas in cuiuscumque casa de conlibertos suos libero hominem, et contegerit ut fures ipsas furauerit.
- 528 [132]. Si quis fraudolenter tolerit ancilla aliena et dixerit quod eam seruus aut aldius ipsius tolissit ad oxorem.
- 529 [133]. Si quis liber homo in casa aliena introierit ad resedendam et ei cinsum.
- 530 [134]. Si homenis in uno u [ico habitantis] aliqua in[tentionis inter se] habuerit[de campo aut uinea] prato a[ut silua.]
- 531 [135]. Ad [nunciatum est nobis]
- 5[32] [136]. . . . .
- 533 [137]. Item perlatum est nobis quodam homo prestedissit iumentum suum alteri homeni ad uicturam.
- 534 [138] Hoc autem rei ueritas peruenit ad nos quod quidam diabolum instigantem dixissit ad seruum alienum ueni et occide dominum tuum.
535. In nom]ine dñi noditiam [qualiter] iubit domnus [rex ad omnis] actores su[os qui curtis eiu]s comis[sas habe]nt.
- [536. Si seruus noster]r oc[cisus fuerit.]

## [DE ANNO VIGESIMO SECVNDO.]

- [537 [139]. Si aldius cuiuscum]que . . . . .
- [538] [140]. . . . . habuerit seruus uel ancillam aldius aut aldia coniuatus.
- 539 [141]. Relatum est nobis quod aliquis hominis perfidi et in malitiam astuti dum se non presumpsessent mano fortia aut uiolento ordinem intrare in uicum aut in casam alienam.

540 [142]. Si quis homo sciens aldium aut aldiam suam seruum uel ancillam in casam cuiuscumque essit aut copolatus aut aliter.

[DE ANNO VIGESIMO TERTIO.]

541 [143]. Si cuiuscumque seruus aut ancillam aldium uel aldiam in ecclesiam dei confugiom fecerit.

542 [144]. Si quis timorem dei inmemor pro cupiditatem terrena propter qualiscumque rem sciens se periurauerit.

543 [145]. Reuolimus enim qualiter iam antea instituimus ut si quis decident reliquerit filiam unam aut plures et sororis in capillo.

544 [146]. Si quis inuenerit libera mulierem aut puellam per campum suum seminatum ambolantem.

545 [147]. Si cuiuscumque seruus aut aldio ancilla uel aldiam in furto conprehinsi fuerint.

546 [148]. Si quis ex sua auctoritate terra aliena sini puplico uifauerit.

547 [149]. Item de infantibus qui intra aetatem sunt et in necessitatem maiorem habent.

548 [150]. Si quis fossatum in uiam fecerit.

549 [151]. Si quis porcus in silua alienam diffensam miserit.

550 [152]. Si quiscumque homo qui est prudicus aut naufracus qui uendederit aut dissipauerit substantiam suam et non habit unde compositionem faceat.

551 [153]. Si quis langobardus uxorem habens filius aut filia procreauerit et postea inspirationem dei compulsus clericus effectus fuerit.

552. Et hoc enim statuemus ut nullus iudex neque actor aut qui super furonis erit nascuntur non presumat seruum aut aldionem alterius conprehindere pro furto aut alia culpa.

EXPLICIUNT CAPITVLA.

INCIPIUNT CAVSAS.

Legis quas christianus hac catholicus princeps instituere et prudenter cinsire disponit, non sua prouidentia, sed dei notu et inspiratione eas animo concepit, mente pertractat et salubriter opere conplit, quia cor regis in mano dei est, atestante

sapientissimo salomonem<sup>1</sup>, qui ait: sicut impitus aquae, ita cor regis in mano dei; si tenuerit eas, omnia siccabuntur, si autem clementer eas demiserit, uniuersa inrigantur et replentur suauitatem. Quidem et apostulus domini iacobus in epistola sua ededit dicens: omnem donum optimum et omnem datum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. His ergo expletis, recolimus quoniam rouustissimus decessor noster atque emementissimus rothari rex, sicut ipse est in scriptis affatus suis superius, in langobardis edictum renouauit atque instituit: ubi et prudenter hoc inserere curauit, dicens, ut quis ille langobardorum princeps eius successor superfluum quid inibi reperit, ex eo sapienter auferret, et quod minus inuenerit, deo sibi inspirante adicerit. Post hoc enim gloriosissimus grimoald rex, quae illi secundum deo placita fuerunt, minuit et ampliauit; cuius nos normam sequentes, diuinitus ut credimus inspirati. simili modo ea quae iuxta dei legem nobis congrua paruenerunt, subtrahere et addere preuidemus, sicut et in presentem paginam scriuere iussimus.

Ob hoc ego in dei nomine liutprand excellentissimus christianus langobardorum rex, anno deo protegente regni mei primo, pridiae kalendarum martiarum, indictione undecima, una cum omnibus iudicibus tam de austriacae et neustriacae partibus, necnon et de tusciae finibus, uel cum reliquis fedelibus meis langobardis et cuncto populo adsistente, haec nobis commune consilio, iuxta ob dei timore atque amore ac sancta conparuerunt et placuerunt.

Primum omnium de successionem filiarum.

1. I. Si quis langobardus sine filiis masculinis legetimis mortuos fuerit, et filias dereliquerit, ipsae ei in omnem hereditatem patris uel matris suae, tamquam filii legetimi masculini, heredis succedant.

2. II. Si quis langobardus se uiuente filias suas nupto tradederit, et alias filias in capillo in casa reliquerit, tunc omnes aequaliter in eius substantia heredis succedant, tamquam filii masculini.

<sup>1</sup>) *Allegantur Prouerb. 21, 1. Job. 12, 15. Iacobus 1, 17.*



3. III. Si quis langobardus sororis reliquerit, et uiuente eum ad marito ambulauerint, tantum habeat ex fratris facultate, si ipse filias reliquerit, quantum in diae uotorum acceperunt, quando ad maritum ambulauerunt. Nam si ipse frater neque filius neque filias reliquerit, aut si habuerit et ante eum mortui aut mortuae fuerent absque filiis filiabus: tunc sorores eius, tam qui in capillo remanserunt, quam quae ad maritum ambulauerunt, in omnem substantiam eius ei heredis succedant.

4. IIII. Si quis langobardus sorores et filias in capillo in casa reliquerit: pariter atque aequaliter, quantaecumque fuerent, in hereditatem eius succedere debeant, tamquam filios legitimos dereliquissit.

5. V. Si filiae aut sorores contra uolontatem patris aut fratris egerit, potestatem habeat pater aut frater iudicandi de rebus suis, quomodo aut qualiter uoluerit.

6. VI. Si quis langobardus, ut habens casus humanae fragilitatis egrotauerit, quamquam in lectolo reiaceat, potestatem habeat, dum uiuit et recte loqui potest, pro anima sua iudicandi uel dispensandi de rebus suis, quid aut qualiter cui uoluerit; et quod iudicauerit, stabilem debeat permanere.

Si quis causa de suprascriptis capitulis, quae nuper in presenti pagina edicti adfigere precipimus, antea deliberate aut per diuisionem fenitae sunt, in eo modo maneant, sicut antea sunt finitae uel statutae. Quae autem terminate et per diuisionem decisae non sunt, in eo ordine deliberentur et maneant, sicut modo [*p. Chr. 713*] decreuimus, et in hoc edictum a nobis facto statuere uisi sumus.

Que denique uniuersa, superius a celsitudine nostra instituta, potoni notario sacri nostri palatii comprehendenda et ordinanda precipimus.

#### INCIPIIT DE ANNO QVINTO (*p. Chr. 717*).

Ego in dei omnipotentis nomine liutprand, excellentissimus rex gentis filicissimae ac catholicae deoque dilectae langobardorum, reminiscor quoniam, sicut superius a nobis

pagina legitur instituta, anno scilicet regni nostri primo indictione undecima ea quae nobis nostrisque iudicibus et reliquis langobardis fedelibus nostris ob dei timore atque amore recta conparuerunt, in antico edicti corpore recto adicere curauimus moderamine. Nunc iterum annuente dei omnipotentis misericordia diae calendarum martiarum, anno regni nostri deo propitio quinto, indictione quinta decima, simili modo cum omnibus iudicibus nostris de partibus austriacae et neustriacae necnon et de tusciae finibus seu ceteris nostris langobardis adhuc preuidemus adaugere illa, quae deo credimus placita esse, ut in multis causis et locis proibeantur periuria, et causae quae a quibuscunque hominibus misericorditer disponuntur, in peccati honus deinceps nequaquam procidant, et illud, quod forsitan antea uideatur obscuro, nunc omnibus luce clarius enetiscat. Primum omnium de morgingab mulierum.

7. I. Si quis langobardus morgingab coniugi suae dare uoluerit, quando eam sibi in coniugio sociauerit, ita dicemus ut alia diae ante parentes et amicos suos ostendat per scriptum a testibus roboratum et dicat: „quia ecce quod coniugi meae morgingab dedi“, ut in futuro pro hac causa periurio non percurrat. Ipsum autem morgingab nolumus ut amplius sit, nisi quarta pars de eius substantia, qui ipsum morgingab fecit. Si quidem minus uoluerit dare de rebus suis, quam ipsa quarta portio sit, habeat in omnibus licentiam dandi quantum uoluerit; nam super ipsam quartam portionem dare nullatenus possit.

8. II. De testibus. Si qualiscunque causa inter conlibertus aut parentis conuenerit aut acta fuerit, et homines boni tres aut quattuor interfuerent, non reprouetur postea ipsa causa, nisi eorum testimonium ambe partis credant, qui fuerent inter; pro cuius autem causa testis illi testimonium redderent, ipse homo causatori suo per sacramentum satisfaciat. Testis uero ipsi tales sint, quorum opinio in bonis precellat operibus, et quibus fides amittitur, uel quibus princeps aut eius iudices credere possent. Et si forsitan rememorati testes ueritatem ipsam celare uoluerent, tunc:

per sacramentum satisfaciant principi aut a missom eius, ut ipsa ueritas non obfuscetur. Si quidem per uuadia obligatio facta fuerit, et intentio pro hoc fuerit excitata, in eo iudicio maneat, sicut in anteriori edicto legitur, quod gloriosissimo rothari [*cap.* 360...362. 366] rex instituit.

9. III. De libertis. Si quis seruum suum aut ancillam in manum regis dederit, et ipse princeps eos per manus sacerdotis circa sacrum altarem liberos dimiserit, sic permaneant liberi, sicut illi qui fulcfreal thingati sunt. Et qui mundium de ipsa libera a principe expetierit, sic eum habeat, sicut de fulcfreal muliere: nam amplius ei nulla condicione debeat, neque ipsa neque filia eius. Et hoc statuimus, ut masculi qui de ipsa libera nati fuerent, absque mundium sint, femine autem habeant mundium, sicut et mater earum, et ipse mundius non sit amplius quam solidos tres.

10. III. Item de libertis. Si quis seruum suum aut ancillam liberum dimiserit, et posuerit ei mundium, aut unum solidum aut duo aut tres aut sex, tantum habeat mundium, quantum ei in cartola adfixerit. Et qui postea ex ipsa liberta nati fuerent, sibe masculi sibe femine, non habeant amplius mundium nisi quantum et mater earum.

11. V. De seruo fugace. Si seruus dum in fuga est furtum fecerit, et ipsa fuga foris prouincia exierit, sic exinde procedat iudicium, sicut gloriose memorie rothari [*cap.* 256] rex instituit. Et si ipse seruus intra prouincia dilatauerit, tunc dominus eius habeat spatium ad eum requirendum per minsis tres; et si eum inuenerit, aut non inuenerit, et causa furti manifestata fuerit, quod isdem seruus furtum ipsum fecisset, tunc dominus eius conponat furtum ipsum, sicut lex est. Et si forsitan manifestus non fuerit, et dominus eiusdem serui uetauerit, quod ipsum furtum non fecisset seruus eius, tunc per pugnam aut per sacramentum se defendat, si potuerit.

12. VI. De puella quae intra etatem est. Si quis puella ante duodecim annos spunsauerit aut tolerit, tunc ille qui eam tolit aut spunsauit, conponat sicut edictum de raptum [*cap.* 186. 187] contenit, hoc est solidi nongenti, medietatem regi et medietatem eidem infantole, et ipsa reuertatur in

casa et in pecuniam suam, et sit quieta usque ad superscriptum tempus; postea autem elegat ipsa sibi, et nubat cui uoluerit. Si autem mundoald eius consentiens fuerit, aut tradederit eam ante superscriptos duodiecim annos, componat in sagro palatio solidos trecentos, et mundium eius amittat, et sit ipsa cum rebus suis in mundio palatii. Pater autem aut frater potestatem habeant, cui aut in quali etate uoluerit, dandum aut spunsandum filiam aut sororem suam; quoniam ista licentia ideo dedimus, eo quod credimus, quod pater filiam aut frater sororem suam doloso animo aut contra rationem cuiquam homini dare non debeant.

13. VII. De occisione hominis liberi. Si quis langobardus ab alio hominem, quod deus auertat, interemtus fuerit, et causa secundum legem ad compositionem uenerit, et ipse qui occisus fuerit, filium masculinum non reliquerit: quamquam filias instituissimus heredis, sicut masculus, in omni substantia patris et matris, ipsam compositionem uolumus ut accipiant propinqui parentis eiusdem qui occisus fuerit, illi qui per capput<sup>1</sup> succedere potuerunt; quia filiae eius, eo quod femineo sexu esse prouantur, non possunt faidam ipsam leuare. Ideo prospeximus, ut ipsam compositionem non recipiant, nisi ut diximus suprafati propinqui parentis; et si propinqui parentis non fuerint, tunc medietatem de ipsa compositione suscipiant filiae ipsius, si una aut plures fuerint, et medietatem curtis regia.

14. VIII. De sororibus, qualiter una alteri succedere debeant. Si sorores in casa patris remanserint, aut ad maritum ambolauerint, succedant patri suo et matri suae in omni substantia eorum, sicut antea [*cap. 1*] statuimus. Et si contegerit una ex eisdem sororibus mori, tunc et quae in capillo remanserent, et quae ad maritum ambolauerint, in omni portioni sororis suae defunctae, quamuis puella mortua fuerit, succedant. Parentis autem propinqui aut mundoald earum tantum mundium earum suscipiant; nam de rebus eius aliud nihil percipiant. Si autem contegerit illa mori, quae iam

<sup>1</sup>) cappur uel capur *cod. Vercell. Paris 4614. Gothanus. An per gradus, ut Roth. 153. Liutpr. 17?*

nupto tradita est, tunc ille ei succedat, qui eam per mundum suam fecit.

Si autem qualiscumque causae amodo emergerent de his capitulis, quae nunc excellentia nostra statuit, a presenti diae kalendarum martiarum, hoc est quintadecima indictione et anno regni nostri in dei nomine quinto, uolumus ut sic terminentur, sicut celsitudo nostra cum iudicibus et reliquis langobardis decreuit, ut supra leguntur. Quae uero antea de talibus capitulis prouenerunt, et iam finitae aut statutae sunt, sic permaneant, sicut prius cognusuntur esse decisae.

Explicit de anno quinto.

INCIPIIT DE ANNO OCTABO (*p. Chr. 720*).

Ego in dei omnipotentis nomine excellentissimus liutprand rex filicissimae gentis langobardorum, anno deo propitio regni mei octabo, diae kalendarum martiarum, indictione tertia, una cum inlustribus ueris optimatibus meis neustriae austriae et tusciae partibus, uel uniuersis nobilibus langobardis, dum singola, quae in anterioribus titulis huius edicti leguntur, studiosae hac subtiliter perscrutassemus, asistente omni populo, presentem, quam sequens sermo monstraauerit, addere elucidare sibe statuere preuidemus legem.

15. I. Quicumque homo sub regni nostri ditione cuiuscumque amodo uadia dederit et fideiussore posuerit presentia duorum uel trium testium, quorum fides amittitur, in omnibus conplere debeat. Et si distolerit et pigneratus fuerit in his rebus in quibus lecitum est pignerandi, nulla calomnia qui pignerauerit patiatur. Nam qui sine hac manifestationem pignerare presumpserit, iouemus ut dublum pignum restituat. Si uero inter creditorem et deuitorem et fideiussorem orta fuerit intentio, qualiter in anteriore edicto [*cap. 366*] legitur et a gloriose memorie rotharene rege instituere, per sacramentum determinantur. Nam si in presentia duorum uel trium testium stipolatio ipsa facta fuerit, eorum testimonium, ut sacramentum inter dantes et accipientes menime proueniat, credatur. Et si debuerent ipsi

testes suum testimonium firmare, nobis uel qui in tempore princeps fuerit uel iudici firmare deueant. Et si hominis inter non fuerent quando uadiatur, quicumque quasi fideiussorem pignerauerit, componat sicut supra legitur.

16. II. Si quis mutuauerit solidos cuicumque homini per cautione, si intra quinque annos creditor pulsauerit et deutor non habuerit unde soluere, renouetur cautio ipsa usque ad annos decem. Et si intra decem annos pulsatus fuerit et non reddiderit, et dilatauerit usque ad 20 annos, et fuerit pulsatus aut per principem aut per iudicem ciuitatis, et prouatum fuerit ipsa cautione, deutor et heredis eius persoluant. Nam si nec cautio fuerit intra decem annos bes renouata, neque principem uel iudicem ostensa sibe manifestata usque ad 20 annos, iouemus ut creditor posmodum taceat, et nullam habeat facundia deutoribus suis requirendum; excepto si ei captiuitas euenerit. De cautionibus autem, quae usque modo in presente indictione tertia facta sunt, intra quinque annos istos aduenientes iouemus ut renobintur aut exegantur. Nam si distolerent intra quinque annos deuitores suos pulsare, ut aut cautiones renouintur aut deuita reddant, et si negligentia fecerint, non habeant posmodum facundia ipsa deuita requirendum. De his autem cautionibus quae amodo facte fuerint, sic finiant, sicut supra premisemus et statuimus.

17. III. Si frater fratrem in peccatis occiderit, quamquam hoc anterior edictus [*cap. 163*] contenit, ut proximi parentes homicidae succedant, nos proximos fratris appellamus. Si frater relictus fuerit, in res homicidae frater succedat, ita ut secundum qualitatem personae de ipsa substantia homicide, si ille qui occisus est filiûs reliquerit, compositionem dare deueat; relicum autem quod fuerit, sibi habeat. Et si pecunia ipsius homicidae in tantum fuerit sub estimatione, quantum ipsa compositio est, aut forte minus, habeant eam filii ipsius qui occisus est. Quod si non reliquerit fratrem unum uel plures his qui occisus est, quantulumcumque sit substantia homicidae, filii ipsius qui occisus est, in ea succedere deueant. Quod si non habuerit filiûs, pro-

ximûs succedant ei parentes per gradus; quod si nec parentes fuerent, qui ei legitime succedere possent, succedat ei curtis regia. De anima autem homicidæ illius sit in potestatem regis, sicut in anteriore edicto legitur.

18. III. De negotiatoribus uel magistris. Si quis negotium peragendum uel pro qualicumque artificio intra prouincia uel extra prouincia ambolauerit, et in tres annos regressus non fuerit, et forsitan infirmitas ei emergerit, faciat scire per iudicem aut per missum suum. Nam si hoc distolerit mandare, si filiûs reliquerit, habeant res ipsius in suo iure; et cuiûcumque filius post transacto constitudo cautionis, uinditionis aut qualicumque oblegationes de rebus patris sui fecerit, stabilem permaneat, et deuita patris uel sua persoluat. Et si ipse postea regressus fuerit, iobemus, ut nec a filiis suis recipiatur, nec res suas in potestatem habeat. Quod si filius ipsius sine noditia uel iussione regis eum recolligere presumpserit, omnes res ipsorum et patris substantia ad curtem regia deuoluantur. Et si filiûs non habuerit, et habuerit fratres, ipsi res eius habeant. Et si nec fratris habueret, habeant proximi parentes; et si nec parentes proximi non fuerent, qui ei legibus succedere possent, post predictos tres annos curtis regia ei succedat. Quod si habuerit uxorem, et intra suprascripto constituto, hoc est tres annos, menime regressus fuerit, ueniat ipsam ad palatium regis, qui in tempore fuerit, et qualiter ei ipse maritandi licentia dederit, aut de causa ipsius ordinauerit uel tractauerit, ita facere deueat. Nam sine permissum regis non presumat maritum ducere. Et si ipsi post tres annos inuenti fuerent, potestatem habeat rex de eis iudicare, qualiter uoluerit.

Explicit de anno octabo.

INCIPIT DE ANNO NONO (*p. Chr. 721*).

Ego in dei omnipotentis nomine liutprand excellentissimus rex deo dilectæ et catholice gentis langobardorum

reminiscor, quoniam iam in superiore edicti corpore adicere curauimus, licet in paruo, tamen in uoluminibus tribus, id est in primo in quinto in octavo regni nostri anno, indictione undecima quintadecima et tertia, ea quae recta et secundum deum tranquilla nobis comparuerunt. Nunc autem anno regni nostri deo protegente nono, diae kalendarum martiarum, indictione quarta, pertractantes omnia et recurrentes antiquioris edicti capitula una cum iudicibus et reliquis langobardis fidelibus nostris, iterantes in quarto uolumine supplere et augere preuidimus, quae nobis iuxta deo recta comparuerunt.

19. I. De aetate, in quantis annis debeat esse legitima aetas. Hoc prospeximus, ut intra decem et octo annos non sit legitimus homo res suas alienandum; excepto si pater eius debitum dimiserit, habeat potestatem, una cum notitia principis terrae istius tantum de rebus suis dandum, quantum ipsum debitum fuerit, ut ei maior damnietas propter onorem solidorum<sup>1</sup> non ad crescat. Et ipse princeps, qui pro tempore fuerit, propter deum et animae suae mercedem dirigat personam deum timentem de sui presentia, qui hoc ipsum sapienter consideret, ut ad ipsum infantulum aliqua damnietas contra rationem aut per negligentia minime proueniat. Et in nonodecimo anno sit homini langobardo legitima etas, et quodcumque fecerit uel iudicauerit de rebus suis, stabili ordine debeat permanere. Et hoc statuimus adque definimus, ut si cuicumque ante ipsos decem et octo annos euenerit egritudo, et se uiderit ad mortis periculum tendere, habeat licentiam de rebus suis pro animam suam in sanctis locis, causa pietatis, uel in senedochio iudicare, quod uoluerit; et quod iudicauerit pro animam suam, stabilem debeat permanere.

20. II. De homicidium. Si quis liber homo se defen-

<sup>1</sup>) *i. e. onus foenebris pecuniae. Foenorem legendum esse crederem, nisi in charta ambrosiana a. 748 (Fumagalli p. 25) scriptum inueniretur: ipsa petiola abeat pro onurem de suprascripto solido usque in prescriptum constitutum.*



dendum liberum hominem occiderit, et si prouatum fuerit, quod se defendendum ipsum hominem occisessit, sic eum componat, sicut in anteriore edicto<sup>1</sup> continet, quod gloriose memorie rothari rex facere uisus est. Nam qui super alium ambolauerit, et sic eum pro quacumque causa occiserit, omnem substantiam suam amittat, et habeant heredis ipsius qui occisus fuerit in hoc ordine. Ita sane, ut si minus fuerit ipsa substantia homicidae, quam anterior compositio erat, aut nisi tantum, tunc et res suas perdat ipse homicida et persona eius tradatur ad propinquos defuncti. Nam si amplius habuerit ipse homicida substantia, quam ipsa compositio anterior erat, amittat omnes res suas et accipiant heredis ipsius qui occisus fuerit, in antea tantum quantum compositio antiqua fuit; et quod superfuerit, medietatem habeat curtis regia, et medietatem heredis defuncti; et ipse homicida animam suam liberit.

21. III. Si seruus cum uoluntate domini sui hominem liberum occiserit, et sic probatum fuerit, tunc ipse dominus eius omnes res suas amittat in eo ordine sicut supra adnexum est. Et si dominus eius negauerit, quod per ipsius consilium factum non fuisset, purificet se ad legem dei et componat ipsum mortuum, sicut antea fuit consuetudo; et insuper ipsum seruum tradat in manus de parentibus defuncti.

22. IV. Si mulier res suas consentiente uiro suo, aut communiter uenundare uoluerit, ipse qui emere uult, uel illi qui uindunt, faciant noditiam ad duos uel tres parentes ipsius mulieris, qui propinquiores sunt. Et si in presentia de ipsis parentibus suis mulier illa uolentias aliquas se dixerit pati, non sit stabilem quod uindederit. Nam si in presentia parentum suorum, uel iudici qui in loco fuerit, uolentias se pati non reclamauerit, nisi uoluntate sua ipsas res se dixerit uenundare, tunc ab illo die omni tempore quod

<sup>1</sup>) *Roth. 74. 75. 387 is componere iubetur, qui nolendo alium occidit, is uero, quem se defendendo quis occidit, non componi iubetur Roth. 32. 280. 323.*

uindederit stabile deueat permanere, ita tamen ut ipsi parentes, qui inter fuerent, aut iudex in cartola ipsa manum ponant. Et si contegerit casus, ut ille maritus moriatur, et ad alium ambolauerit, stabiles permaneat ipsa uinditio. Scriua autem, qui cartola ipsa scripserit, non aliter presumat scriuere, nisi cum notitia parentum uel iudicis, sicut supra dictum est; et si aliter fecerit, sit ipsa uinditio uacua, et prefatus scriua sit culpa uelis, sicut qui cartola falsa scriuit.

23. V. Si quis seruum aut ancillam suam in ecclesia circa altare amodo liberum uel liberam demiserit, sic ei maneat libertas, sicut illi qui fulfreal in quarta manus traditus et hamund factus est. Nam qui haldionem facere uoluerit, non eum ducat in ecclesia, nisi alio modo faciat qualiter uoluerit, sibi per cartola, sibi qualiter ei placuerit.

24. VI. Si mulier libera seruum tolerit, et parentes eius intra anni spatium in ea uindicta dare neglexerit, sicut in anteriore edicto [*Roth.* 221] contenit, tunc quodcumque post ipsum anni spatium inuenta fuerit, sit ancilla palatii; et ipse seruus ad publicum replectetur, et filii qui ex eis nati fuerent, curtis regiae omnino deseruiant. Nam si parentis ipsius mulieris, uel dominus serui compleuerent intra superscriptum anni spatium, quod anterior edictus contenit, sic permaneat.

25. VII. Si quis causam habuerit, et sculdahis suo causam suam dixerit, et ipse sculdahis ei iustitiam intra quattuor dies facere neclexerit, si ambo causatores de sub ipso sculdahis sunt, tunc conponat ei, qui causam suam reclamauit, ipse sculdahis solidos numero sex, et iudici suo similiter solidos sex. Et si forsitan ille, super quem reclamauit, infirmus est, aut pro utilitatem suam in alia ciuitatem esse nuscitur, expectit eum dum reuertitur, aut de infirmitate sua conualiscit. Et dum regressus fuerit aut de infirmitate conualuerit, si intra statutus quattuor dies menime eum ad iustitiam faciendum distrinxerit, conponat ipse sculdahis, sicut iam dictum est, cuius causa est, solidos numero sex et iudici suo similiter solidos sex. Si uero talis causa fuerit, quod ipse sculdahis deliberare menime possit, diregat ambas partes

ad iudicem suum. Et si iudex eius causam ipsam dilatauerit, et intra sex dies inter eos per legem non iudicauerit, componat illi qui reclamauit, solidos numero duodicem. Et si nec iudex ipse deliberare non potuerit, diregat intra duodicem dies ambas partes in presentia regis; nam si aliter fecerit ipse iudex, et intra duodicem dies, ut dictum est, iustitiam non inuenerit qui proclamauit, tunc componat ipse iudex solidos numero duodicem, et regi sit culpa uel solidos 20.

26. VIII. Si homenis de sub uno iudice, de duobus tamen sculdahis, causam habuerint, ille qui pulsat uadat cum misso aut epistola de suo sculdahis ad illum alium, de sub quem ipse est, cum quo causa habit. Et si intra quattuor dies menime iustitiam fecerit, componat ipse sculdahis, qui distringere neglexit, ei qui reclamauit solidos sex, et iudici suo solidos numero sex. Et si talis causa fuerit, quam deliberare non possit, dirigat eos intra sex dies ad iudicem suum secundum anteriorem capitulo. Nam si qualiter in superiore capitulo constitutum est, sibe sculdahis sibe iudex non in omnibus compleuerent, componat qualiter supra adfixum est, illi qui causam suam reclamauit, solidos sex, et iudici suo solidos numero sex, et iudex componat illi, cuius causa est, solidos numero duodecim, et regi solidos numero 20.

27. VIII. Si quis in aliam ciuitatem causam habuerit, uadat cum epistola de iudice suo ad iudicem qui in loco est. Et si ipse iudex ei iustitia intra octo dies menime facere distrinxerit, aut non compleuerit, componat illi qui causam suam reclamauit, solidos 20 et regi alijs 20. Et si talis causa fuerit, quam deliberare menime possit, ponat constituto, et dstringat hominem illum de sub sua iudiciaria, intra duodecim dies in presentiam regis uenire. Nam si aliter fecerit et dstringere neglexerit, componat sicut supra dictum est solidos 40, medietatem regi et medietatem ei qui causam suam reclamauit.

28. X. Si quis causam habuerit, et sculdahis aut iudex ei secundum edicti tinore et per legem iudicauerit, et ipse

stare in eodem iudicio menime uoluerit, conponat illi, qui iudicauit, solidos 20. Nam de ea causa, quae per arbitrium iudicata fuerit, et ipse sibi non credederit legem iudicassit, et ad regem reclamauerit, non sit culpa uelis. Et si iudex contra legem iudicauerit, conponat solidos quadraginta, medietatem regi et medietatem cuius causam fuerit. Et si forsitan iudex causam per arbitrium iudicauerit, et iudicium eius rectum non conparuerit, non sit culpa uelis, nisi preueat sacramentum regi, quod non iniquo animo aut corruptus a premio causam ipsam non iudicassit, nisi sic ei legem conparuissit; et sit absolutus. Nam si iurare non presumpserit, conponat ut supra dictum est.

Et hoc statuimus adque difinimus, ut si de supra scriptis capitulis quae modo adfixemus, qualicumque causae se antea emeruerunt aut factae sunt, in eo ordine finiantur et maneant, sicut anterior fuit consuetudo, uel qualiter in antiquo edicti corpore conteneretur. Quae amodo uero, id est a diae kalendarum martiarum, indictione quarta euenerint, uel fieri contegerit, sic terminentur et finem accipiant, sicut in presenti pagina statuere uisi sumus; excepto de muliere libera, que seruum tolit [*cap. 24*] et secundum anteriorem edicto [*Roth. 221*] condemnata non est: ubicumque inuenta fuerit, sit ancilla palatii et filii eius serui regis.

#### [DE ANNO DECIMO?]

29?<sup>1</sup>. Si qua mulier res suas uenundare uoluerit, non in absconse, sed in presentia principis aut iudicis uel sculdahis, seu duo aut tres parentes suos secum habeat, et sic iudicem roget: „quia res meas uolo uindere;“ et ipsi pa-

<sup>1</sup>) *De hac lege suspectissima conferenda est adnotatio mea maioris editionis, cui hoc addidisse uelim: non pauca instrumenta nobis superesse in quibus uxores nullam uim se pati testantur, nullum uero, in quo uiduae uel uirginis similis professio contineatur. Nec multum pro anni decimi mentione inserenda facere uidetur, quod in Heroldina editione ad annum XIV octo (non septem), ad annum XV nouem (non octo) legum praecedentium uices numerantur.*

rentes in ipsam uindictionem manum ponant, et ipsa se uinditricem faciat; sic et mundoalā ei consentiat, et quod uendiderit stabilem sit. Scriba autem, qui cartula ipsa scripserit, non aliter presumat scribere, nisi cum notitia parentum, aut iudicis qui in loco fuerit. Et si aliter fecerit, ipsa uenditio uacua sit, et prefatus scriba sit culpauilis, sicut qui cartula falsa scripsit, sicut supra [*cap. 22. cfr. Roth. 243*].

INCIPIT DE ANNO VNDECIMO (*p. Chr. 723*).

Quoniam quidem superius in hoc edicti corpore, ea quae nobis et nostris iudicibus uel ceteris langobardis congrua paruerunt, in quattuor uoluminibus adiungere curauimus, et nunc, si aliquid pro gentis nostrae saluatione adhuc adicere possumus, credemus pro his dei misericordia adipisci, et retributionem aeternam ab ipso domino iesu christo nihilominus promereri. Ergo in dei omnipotentis nomine ego qui supra liutprand excellentissimus gentis langobardorum rex anno regni mei deo protegente undecimo, diae kalendarum martiarum, indictione sexta, hoc iterum in quinto uolumine adiungere curauimus; id est kapitulo primo:

30. I. De his feminis, quae uelamen sancte religionis suscipiunt, aut quae a parentibus suis deo uouintur, aut ipsae se elegunt, religionis habitu aut uestem monastiga induere uedentur, quamquam a sacerdote consegrate non sint, sic nobis iustum paruit esse pro dei amore, ut in ipso habitu in omnibus perseuerent, nec sit excusatio mali hominibus dicendo: „ quod sacrate non sunt, ideo si copolantur culpa non habent“. Sed, ut supra premisemus, quae talem signum super se, id est uelamen et ueste sancte dei genetrices mariae, quocumque genio in se suscipiunt, et postea ad saecularem uitam uel habitu transire nullatinus presumat. Quia considerare deuit omnes cristianus, quod si quisquam saeculares parentem nostram saecularem disponat, cum solo anolo eam subarrat et suam facit, et si postea alter eam uxorem dūcit, culpauiles inuenitur solidos sexcentos<sup>1</sup>:

<sup>1</sup>) Haec poena in edicto nusquam statuitur; nam Roth. cap. 190 praeter *faidam* et *anagrifl* dupla tantum metae compositio iniungitur.

quantu magis deuit causa dei et sanctae mariae amplior esse, ut quae ipsum uelamen uel habitu in se suscipiunt, in eodem deueant perseuerare. Si qua uero femina contra hoc, quod nostra instituit excellentia, egerit aut maritum se copolauerit, perdat omnem substantiam suam, et deueniat ipsa substantia ad potestatem palatii; de persona autem eiusdem femine, quae talem malum comiserit, iudicit rex, qui pro tempore fuerit, qualiter illi placuerit, aut in monasterio mittendo aut qualiter secundum deum melius preiuderit. Simili modo et de uictu uel uestimentu eius ipse princeps ordinet, qualiter ei placuerit. Si autem ille, in cuius mundio talis femina est, consentiens fuerit in superscripto malo, et prouatam fuerit, conponat uuirgild suum; et ille, qui eam tollere presumpserit, conponat in palatio solidos sexcentos. Si autem mundoald in ipso malo consentiens non fuerit, medietatem de ipsis sexcentis solidis accipiat ipse, et medietatem rex. Qui autem talem feminam rapuerit, conponat solidos mille, ut precedat causa dei solidis centum, quoniam de raptu secularis feminae conpositio nongenti solidi in edicto [*Roth.* 191] lecuntur. Ipsa uero, quae non conseruauerit ea quae superius legitur, et malo superscripto consenserit, poenae suprascriptae subiaceat.

31. II. Si quis rapuerit qualemcumque femina libera saecularem, unde in anteriore edicto legitur conpositio solidorum nongentorum, ita uolumus, ut de illis quadringentis quinquaginta solidis, qui perteneunt ad parentes uel ad mundoald, ut accipiat ex ipsis solidis mundoald, qui fuerit, pro fatigio suo ex acceptione de ipsa poena solidos numero centum quinquaginta. Reliquos uero trecentos habeat ipsa femina, cui tales iniuria aut detractio facta est. Si autem patrem aut fratrem ipsa femina habuerit, et in eorum mundium fuerit, tunc pater aut frater de ipsam conpositionem, quod sunt solidi quadringenti quinquaginta, faciant cum filia aut sorore sua qualiter uoluerint. Nam alter mundoald aut parentes sic diuidant ipsam conpositionem, sicut supra statuimus.

32. III. De his, qui de inlicito matrimonio nati sunt,

uel nascuntur, id est de matrinia filiastra uel cognata, quod est uxor fratris aut soror uxoris, quia et canones sic habent de duabus sororibus, sicut et de duobus fratribus: qui de tale matrimonio natus fuerit, heredes legitimus patri suo non sit, nisi habeant ipsas res parentes propinqui; et si parentes propinqui non fuerint, succedat curtis regia.

33. III. Hoc autem deo iubante statuere preuidemus, ut amodo nullus homo presumat relicta de consubrino aut insubrino suo uxorem ducere. Si quis autem hoc, quod inlicitum est, amodo facere presumpserit, amittat substantiam suam. Et qui de tale coniugio procreati fuerint, legitimi heredes non existant, nisi parentes propinqui. Et si parentes propinqui non fuerint, curtis regia succedat. Hoc autem ideo adfiximus, quia deo teste papa<sup>1</sup> urbis romae, qui in omni mundo caput ecclesiarum dei et sacerdotum est, per suam epistolam nos adortauit, ut tale coniugium fieri nullatenus permetteremus.

34. V. Item hoc censemus adque precipimus, ut nullus presumat cum matrem suam uxorem ducere, sed nec filiam, quam de sacro fonte leuauit; neque filius eius presumat filiam illius uxorem ducere, qui eum de fonte suscepit, quia spiritualis germani esse noscuntur. Et qui hoc malum facere temptauerit, perdat omnem substantiam suam, et filii qui de inlicito matrimonio nascuntur heredes esse non debeant, nisi parentes propinqui; et si parentes propinqui non fuerint, curtis regia succedat. Ubi autem inuenti fuerint qui superscripta inlicita coniugia contraxerint, de presenti separentur, et poenae superscriptae subiaceant.

35. VI. Si quis sine uoluntate regis in qualicumque ciuitatem contra iudicem suum seditionem leuauerit, aut aliquod malum fecerit, uel eum sine iussione regis expellere quesierit, aut alteri homines de altera ciuitate contra aliam ciuitatem uel alium iudicem, ut supra, sine iussione regis seditionem fecerint, aut eum expellere sine regis uoluntate

<sup>1</sup>) scil. Zacharias. Hinc corrigenda est inscriptio canonis 3 C. 30 qu. 3, quae in editis habet: Zacharias uel Deusdedit.

quesierint: tunc ille, qui in caput fuerit, anime sue incurrat periculum, et omnes res eius ad publicum deueniant; reliqui autem, qui cum ipso fuerint in malo consentientes, unusquisque conponat in palatio uuirgild suum. Et si casam cuiuscumque bluttauerint, aut res eorum tulerint, qui cum palatio aut cum rege tenent, et fidem suam cum iudice in palatio conseruant, conponat omnes res ipsas, cui eas tulerit, in actogild, et uuirigild suum, ut supra diximus, conponat in palatio. Hoc autem ideo preuidimus in presente pagina edicti scribere, ut malum uitium non crescat, sed amputemus, et ut omnes in pace et gratia dei et regis uiuere ualeant.

36. VII. Si quis dederit uadia, et eam recepere neglexerit, conponat, sicut in anteriore edicto legitur. Et si ille, qui ipsa uadia acceperit, reddere neglexerit per fideiussores, et apud eum remanserit, sic conponat, quomodo et ille, qui uadia sua recipere neglexerit.

37. VIII. Si quis alteri homini uadia dederit, et antequam eam per fideiussorem liberit, uolenter de manu illius abstraxerit, cui eam dedit, conponat ei cui ipsa uadia abstraxerit, solidos 24. Hoc autem ideo adfigi precipimus, ne pro tali causa scandalum oriatur, aut anima pereat.

38. VIII. Si quis alii uadia dederit, et uoluerit eam per fideiussores suos recipere, et duxerit ad eum, qui uadia recepit, fideiussores unum duo uel tres, et ipse dixerit „quia nescio qui sint“, ut damnum ei facere possit: tunc adducere ei debeat fideiussorem aut de illa ciuitate, unde ipse est, qui uadia dedit, aut de illa unde ipse est qui suscepit. Et si menime ita inuenti fuerint, tunc suscipere debeat ipse, qui uadia accepit, fideiussorem hominem liberum, quem conlibertus eius cognitum habet, et dicit ei: „quod ego scio quia ei credere potes“; et homo ille qui uadia dedit, damnum non patiatur.

39. X. Si quis alii homini uadia dederit pro quacumque causa, et fideiussorem posuerit, et postea ad ipsum



fideiussorem antesteterit, aut pignus de manu tulerit, et probatum fuerit, conponat solidos uigenti.

40. XI. Si quis alii homini uadia dederit et fideiussorem posuerit, et ipse fideiussor eum pignerauerit, et pignera ipsa ad creditorem eius dederit, et postea ei ipse, cuius pignera fuerit, per uirtutem tulerit, conponat ipsa pignera in actogild.

41. XII. Si quis alium ante constitutum pignerauerit, et probatum fuerit, quod ante constitutum pignerasset, conponat ipsum pignus in actogild.

42. XIII. Si quis iudex aut actor puplicus in qualicumque ciuitatem aut locum inter homenis, qui aliquam discordiam habent, treuuas tulerit, et unus ex ipsis hominibus, inter quos ipsas treuuas tulta sunt, eas ruperit, medietatem de ipsas treuuas conponat in puplico, et medietatem illi cuius causa est. Et ipsas treuuas non sint minus quam solidi ducenti; qui autem amplius forsitan pro maioribus causis ponere uoluerit, sit ei licentiam.

43. XIII. De donatione. Si quis alio homini qualicumque rem donauerit et launigild susceperit, et postea defendere minime potuerit, tunc aliam talem rem, qualem donauit, qualis in illa diae inuenitur esse, reddat cui donauit, et amplius non calomnietur. Et si de conludio pulsatus fuerit, satisfaciat ad euangelia, quod nullum conludium cum alio homine de ipsa causa factum habeat, et sit solutus de culpa; sic tamen ut suprascriptam rem consimilem reddat cui donauit.

44. XV. De seruo fugace et aduena homine, si in alia iudiciaria inuentus fuerit, tunc deganus aut saltarius qui in loco est, conprehendere debeat et ad sculdahis suum perducatur, et ipse sculdahis eum iudici suo consignet. Et ipse iudex potestatem habeat eum inquirendum, unde ipse est: et si inuentus fuerit, quod seruus sit aut fur, mox mandet ad iudicem aut ad dominum eius, unde ipse fuerit, et habeat pro presura de ipso seruo per caput solidos duos. Si autem post inquisitam causam ipse homo qui conprehensus aut inquisitus fuerit liber aparuerit, nulla sit culpa ei, qui eum

presit aut inquisiuit. Si uero deganus aut saltarius hoc facere distulerit, conponat solidos 4, medietatem sculdahis suo, et medietatem cuius causa est. Et si sculdahis neclectum posuerit, conponat solidos 8, medietatem iudici suo et medietatem cuius causa est. Si uero iudex ad eum inquirendum uel mandatum faciendum, unde ipse homo est, distulerit, conponat in palatio solidos 12. Et si ille iudex, cui mandatum uenerit, neclectum fecerit ad ipsum hominem recollegendum, aut arimanno suo mandatum faciendum: „quia in tali loco homo tuus comprehensus est“, et hoc neclexerit, conponat in palatio solidos 12. Et sit spatium de ipso mandato faciendum in istis partibus in uno mense; trans alpes uero, in partibus tusciae, in menses duo.

45. XVI. Si quis astalaria alterius capelauerit, conponat ei cuius astalaria fuerit, solidos 6.

46. XVII. Si quis fossatum in terra alterius fecerit et suam non potuerit probare, conponat ei cuius terra est, solidos 6.

47. XVIII. Si quis sepe in terra alterius miserit et suam probare non potuerit, conponat ei cuius terra est, solidos 6.

48. XVIII. Si quis liberum hominem foris prouincia uindederit, conponat uirigild eius, tamquam si eum occidisset.

49. XX. Si quis seruum alienum foris prouincia uindederit et prouatum fuerit, in quadruplum eum conponat, sicut adpretiata fuerit ipsa persona.

50. XXI. De seruo in sacramento misso. Si quis seruum alienum sine uoluntate domini sui in sacramentum miserit, aut manum in caldaria mittere fecerit, conponat domino eius solidos 20.

51. XXII. Si quis seruum alienum in manu regis dederit et prouatum fuerit, quod non suo seruo dedisset, conponat regi qui pro tempore fuerit, solidos 100; et ipse seruus reuertatur ad proprium dominum suum, et sit seruus sicut antea fuit. Et insuper, qui eum in manu regis dedit, conponat domino eius solidos uiginti.

52. XXIII. Si quis seruum alienum sine uolontatem domini sui liberum dimiserit aut per se aut qualitercumque, excepto per manum regis, et prouatum fuerit quod seruum alienum libertasset, tunc ipse seruus reuertatur ad proprium dominum suum, et sit seruus sicut antea fuit; et ille qui eum inlicite libertauit, conponat domino eius solidos uiginti.

53. XXIII. Si quis seruum alienum sine uolontatem domini sui clerigauerit, conponat domino eius pro inlicita presumptione solidos uiginti, et ipse seruus reuertatur ad proprium dominum suum, et ipse dominus eius habeat eum sicut uoluerit.

Explicit de anno undecimo.

#### INCIPIIT DE ANNO DVODECIMO (*p. Chr. 724*).

Scimus enim et firmiter retinemus, quoniam, qui per gradus et tempora in bono proficit opere, et semper ad meliora tendere uidetur, quod dei in eo operatur pietas, et eius misericordia eum inlustrat, qui omnes uult saluos fieri et ad agnitionem suae ueritatis uenire. Ergo si pro gentis nostrae saluatione aut pauperum fatigatione aliquid possumus conicere, quod in edicti corpore adiungamus, quamquam in quinque uoluminibus adiunximus, credimus quod misericordia dei in bono nobis pro hac causa retribuat, eo quod pro solo dei timore et amore hoc facimus, ut omnes cause per rationem et iustitiam terminentur, nec sit aliquis error, sed magis clarescat omnibus sua iustitia, unde sine intermissione nomen domini benedicatur.

Ideoque ego liutprand in dei nomine excellentissimus gentis christianae et catholicae langobardorum rex, anno regni mei christo protegente duodecimo, die kalendarum martiarum, indictione septima, una cum iudicibus et reliquis langobardis fidelibus nostris hoc adiungere in edicti curauimus pagina, in uolumine quidem sexto, quod antea fuerat multis superuenientibus causis obmissum; id est in primis :

54. I. De possessionem. Si quis cartolam donationis per gairethinx facta aut per susceptum launigild, uel forte conparatione ostenderit, et res ipsas unde legitur non possederit, et dixerit quod ei monimem suum absentatum fuisset: si per triginta annos et super possessio ipsa fuerit, non habeat aduersus eum, qui possedit, facundia loquendi cum monimem ipsum, quod ostendere uidetur; nisi ipse firmiter possedeat, qui per triginta annos possedit, quia iam gloriose memorie grimoald rege per triginta annorum possessione institutum est. Nam si intra triginta annos possessio ipsa fuerit, pontificium habeat cum monimine suo dicendum quod uoluerit; et ipse, qui possederit, secundum edictum respondeat.

55. II. Si quis seruum suum fulfreal thingauerit, et haamund a se fecerit, uel quocumque modo eum a se absoluerit, in manu regis dandum, aut in ecclesia circa altare ducendum, et postea ipse libertus uoluntatem patroni sui fecerit, manifestare debeat libertus ipse libertatem suam sepius iudici et ad uicinos suos, qualiter absolutus esse uidetur; et postea nullo tempore ipse patronus aut heredes eius contra eum qui libertatus est, querellas possit mouere, dicendo quod ei debeat obedire pro eo, quod sua sponte pro beneficio de domino suo uoluntatem eius fecerat; sed firmis ei sua permaneat libertas.

56. III. Si quis alium de furto pulsauerit, et per pugnam eum uicerit, aut forte per distriptione a puplico furta manifestata fuerit et conpositio facta fuerit, et postea ipse furtus apud alium hominem inuentus fuerit, et certa ueritas apparuerit, quod ipse qui prius conposuerat, rem ipsam non furauit: omnia quidquid ipse conposuit, recipiat ab eo cui conposuerat, et ipse conponat, apud quem furtus ipse postea inuentus fuerit. Nam si aliquit pro sacramentum suum dederit, habeat ipse cui dederit. Nam si certa ueritas non apparuerit, quod alter homo furtum ipsum fecissit, et per distriptionem manifestauerit et conposuerit, habeat sibi ipsam conpositionem, cui conposuit.

57. IIII. Si quis debitum fecerit, et res suas uindederit,

et talis fuerit ipse debitus, quod sanare non possit, et filius eius per uxorem suam aliquid conquisierit, uel postea sibi per quocumque genio laborauerit, posteus genitor eius omnes res suas uenundauit, uel pro debito suo creditoribus suis dederit, aut a puplico intromissi fuerent: non habeant licentiam creditoris eius, res quas filius de coniuge sua habere uedetur, uel quod postea conquisiuit aut laborauit, repetendum aut distrahendum, sed habeat sibi filius eius iure quieto; sic tamen, ut si a creditoribus pulsatus fuerit, preueat sacramentum, quod de rebus patris aut matris suae, si ipsa in mundio patris eius mortua fuerit, nihil aput se habeat nec alicubi comendassit aut abscondissit, et sit absolutus. Et si postea aput eum inuentum fuerit de rebus paternis, conponat in actogild.

58. V. Si infans, dum intra etate est, res suas cui-cumque dederit aut infiduciauerit, postea, cum in legitima etate uenerit, secundum legem cartolam ipsam inrumpere uoluerit, et in rebus ipsis introire, non habeat pontificium, qui emit aut infiduciauit, quod dederat requirendum; quia quando conparauit aut infiduciauit, tunc debuit perspicere, quia puer ipse intra etatem erat, et contra legem faciebat: et posteus constitutum est, [*Liutpr.* 17] ut qui intra etatem fuerit, menime uindere aut infiduciare possit, talem causam eum habere dicemus, qui emit aut infiduciauit, qualem et ille habere uedetur, qui de seruo aut haldione emere aut infiduciare dinuscitur.

59. VI. Si quis gastaldius, uel actor curtem regiam habens ad gubernandum, ex ipsa curte alicui sine iussionem regis casa tributaria, uel terram, siluam, uitis uel prata ausus fuerit donare, aut si amplius quam iussionem fuerit, dare presumpserit, uel si requirere neglexerit, quod per fraudem tultum est, omnia ipse, qui hoc contra iussionem regia facere ausus fuerit, in dublum actogild conponat, sicut qui res regias furauit [*Roth.* 369]. Et si ipse antea mortuus fuerit, quam fraus ipsa appareat, heredis eius conponat, sicut supra [*cap.* 57] legitur. Nam si per actorem fraus facta fuerit,

et anteaquam ad nostram perueniat notitiam, fraus ipsa per gastaldium inuentam fuerit, habeat ipse gastaldius de compositione quam actor componere deuit partem tertiam, et duas partes sint in curtis regia. Et si per qualicumque hominem prius ad nostram peruenerit notitiam, quam per gastaldio inuenta sit, tunc compositio ipsa in integrum nobis et curti nostre perteneat. Quod si iudex aut actor uel heredis eorum pulsati a nobis fuerint, quod neglectum fecissent ad exquirendas res nostras, et ipsi dixerent, quod ipsam fraudem nescissent et nullum neclitum fecissent, preueant in tali ordine sacramentum, et dicant: „quia pater noster fraudem istam numquam sciuit nec consensit, nec neglectum posuit ad exquirendum, nec nos per legem culpa-uelis esse deuemus“, et sint postea absoluti. Hoc enim capitulum amodo statuimus, ut firmis sit; nam quidquid antea actum est, in nostro arbitrium reseruamus. Et hoc proinde statuere preuidemus pro eo, quod multas fraudes a gastaldiis uel actoribus nostris factas inuenimus, unde iam multas fatigationis habuimus. Nam quod a nostris decessoribus cuicumque datum est, stabili ordine uolumus permanere, sicut et illum, quod nos dedimus aut inantea dederemus.

60. VII. Si haldius cuiuscumque cum libera muliere aut puella fornigatus fuerit, componot solidos quinquaginta ei, in cuius mundium ipsa fuerit, et illa repotit uitium suum, pro eo quod haldioni consensit.

61. VIII. Si quis alii uuadia de sacramentum dederit, et sacramentalis dicti fuerent, et postea ipse qui nominatus est, cum ad sacramentum uenerit et euangelia posita fuerit, se subtraere quesierit, ut sacramentum rumpatur, sicut in anteriore edictum [*Roth.* 363] est constitutum: tunc preueat prius ille, qui iurare debet, ad illos sacramentalis suos sacramentum, quod cum eo munditer iurent. Et si sacramentalis ipsi audire noluerent, et se aliquis in omnibus subtrahere quesierit, ut ipse causam suam qui iurare debuerit perdat, iubemus ut manifestare debeat ipse sacramentales qui se subtrahere uoluerit, certam ueritatem, pro qua causa iurare menime presumit; et si manifestare menime potuerit,

preueat sacramentum, quod nullum concludium habeat cum hominem illum, qui sacramentum audire debeat, nisi quod animam suam timendo non presumat sacramentales esse. Et ipse postea qui iurare debet, habeat spatium noctis duodecim [*Roth.* 361], qui prope sunt; et qui de longinquo sunt, quomodo sunt de tuscia uel de austria, noctis uiginti quatuor; et quærat alium sacramentalem, quem in loco ipsius ponat et sic sacramentum deducat, sicut uadia dedit. Et si iurare ausus non fuerit aut manifestare non potuerit, quidquid ipse, cui sacramentum in terra dederit, damnum passus fuerit, de propriis rebus suis restituat.

62. VIII. Reminiscimur enim, qualiter iam statuimus [*cap.* 20]: qui hominem liberum occiserit, ut res suas in integrum perdat; et qui se defendendum hominem occiserit, conponat secundum qualitatem personae. Nunc autem statuere præuidemus, quomodo sit ipsa qualitas consideranda. Consuetudo enim est, ut minima persona, qui exercitalis homo esse inuenitur, centum quinquaginta solidos conponatur, et qui primus est, trecentos solidos. De gasindiis uero nostris uolumus, ut quicumque minimissimus in tali ordine occisus fuerit, pro eo quod nobis deseruire uedetur, ducentos solidos fiat conpositus; maioris uero secundum qualis persona fuerit, ut nostra consideratione, uel successorum nostrorum, debeat permanere, quomodo usque ad trecentos solidos ipsa debeat ascendere conpositio.

63. X. Si quis testimonium falsum contra quemcumque redderit, aut in cartola falsa se scientem manum posuerit, et ipsa fraus manifestata fuerit, conponat uuirigild suum, medietatem regi et medietatem cuius causam fuerit. Et si talis persona fuerit, ut non habeat unde conpositio facere, tunc publicus debeat eum dare pro seruo in manu eius, cui culpam fecit, et ipse ei deseruiat sicut seruus. Et ille qui aliùs rogat testimonium falsum dicere, aut pro causa sua manum in cartula falsa ponere, sic conponat, sicut et ipsos testis iussimus conponere, pro eo quod ipsum malum per ipsum fiet inquoatum.

64. XI. Hoc enim rectum nobis paruit esse de his seruis, qui in furtum conprehenduntur, unde in anteriore edicto [*Roth.* 254] legitur, quod aut occidatur aut redemat eum dominus suus solidis 40, ut si amodo cuiuscumque seruus conprehensus fuerit in eo tinore, ut mori debeat: aut redimat eum dominus suus ut dictum est solidis quadraginta, aut si eum redimere noluerit, ipse dominus eius eum occidat. Et si dominus eius eum noluerit occidere, occidat eum ille, qui eum conprehensum tenet; et si nec ille uoluerit, tunc accipiat eum curtis nostra, et, quomodo nostra iussio fuerit, de eo debeat ordinare. Ipse uero dominus eius conponat, sicut edictum continet, ei cui ipsum furtum factum fuerit.

Explicit de anno XII.

INCIPIT DE ANNO TERTIODECIMO (*p. Chr.* 725).

Ego liutprand in christi nomine rex gentis langobardorum, anno regni mei tertio decimo, diae kalendarum martiarum indictione octaba: dum rememorassem, quod uenientis homenis nostri in presentia nostra adduxerunt causas inter se altercantes, quae nec per usum fuimus certi ad terminandum, nec in edicti corpore ante insertae: proinde prouidimus eas usque ad diem supra scriptum kalendarum martiarum suspendere, dum usque nostri ad nos coniungerent iudecis, et una cum ipsis certum ibi terminum deberemus inponere, unde postea nulla essit intentio. Sicut et factum est, et subter leguntur capitula; primum omnium:

65. I. De eo qui filiam in capillo in casa habuerit, et filium non reliquerit legetimum, ut de rebus suis amplius per nullum titulum cuiquam per donationem aut pro anima sua facere possit, nisi partis duas; tertia uero relinquat filiae suae, sicut iam gloriose memorie rothari rex instituit [*cap.* 158. 159]. Quia qui thinx facit, et postea filiam nascitur, in tertiam partem ipsum thinx rumpit secundum anteriorem edictum, et si duas aut amplius, in mediaetate: ideo nos, dum in ipso edicto legitur de thinx quod est donatio [*Roth.* 171], nobis comparit, quod per nullam donationem nec per



launegild possit filiam suam de ipsam tertiam portionem substantiae suae exherede facere, et si duas aut amplius fuerent, de medietatem.

66. II. De liberum hominem, qui uxorem de seruo aut de haldione suo uiuente ipso marito tolerit, et filius aut filias exinde nati fuerent, nullatenus ei heredis succedant, sed nec<sup>1</sup> libertatem suam habeant, nec per nullum genio eis de rebus suis aliquid facere possit: quia in dubium uenit causam ipsam, cuius filius aut filia sit, quando ambo uiuent, et dominus et seruus, qui ante habuit et qui postea tulit.

67. III. Si quis alii cautionem fecerit, et non ei obligauerit de rebus suis, nisi dixerit in ipsa cautionem: „in quibuscumque rebus ipsius inuenire potuerit“; et postea uindederit alii homini de rebus suis, habeat ipse, qui eas emit. Nam si obligatae fuerit nominatiuae, non eas possit uindere, dum ipsam cautionem non sanauerit. Et qui cautionem facere uoluerit, aut nominatiuae oblicet de rebus suis, qualiter inter eos conuenerit, aut faciat in ipsa cautionem de tantis rebus, quantum in illa diae solidi ipsi fuerint.

68. IIII. De haldionibus, qui de persona sua haldiones sunt, si aliqua conpellatio facta fuerit: patronus eius eum defendat, aut per sacramentum aut per pugnam, qualis causa fuerit.

69. V. Si haldius cuiuscumque in casa alterius nesciente domino suo fuerit, cum inuentus fuerit, sic debeat dare homo ipse, qui eum habuerit, operas quomodo et de seruo.

Explicit de anno XIII.

#### INCIPIT DE ANNO QVARTODECIMO (*p. Chr. 726*).

Iam quidem septies in antico edicti corpore aliqua praeuidemus auumentare capitula, quae nobis et nostris iudicibus atque fidelibus secundum deum recta comparuerunt. Nunc

<sup>1</sup>) nec omittunt *Vercellensis et Eporedianus, item Vaticanus codex, qui uerbum tantummodo substituit; suam libertatem, id est eam, quae filio naturali ex propria patris ancilla nato ipso iure competeret, si certum esset eum domini, non mariti filium esse. cfr. Roth. cap. 156. 222. Liutpr. 106.*

quidem, eo quod multae causae ad definiendum incognitae erant, quia alii per consuetudinem, alii per arbitrium iudicare aestimabant, ita previdemus, ut nullus error esse deberet, sed omnibus manifesta clariscere lex. Ideoque haec statuimus adnotare capitula, anno scilicet regni nostri deo largiente quartodecimo, diae kalendarum martiarum, indictione nona. Quin etiam et iudicis atque fedelis nostri de partibus austriae et neustriae nobiscum adfuerunt, et haec omnia inter se conlocuti sunt, et nobis renuntiantes, nobiscum pariter statuerunt atque definiuerunt; et cum presentaliter fuissent capitula ista relicta, omnibus placuerunt, et preuentis ad sensum statuerunt nobiscum, ut nihilominus per ordinem scriberentur.

70. I. Si inter fratres per quadraginta annos possessio fuerit de rebus seu de casis uel de terris quae indiuisa sunt, uel per parentes, qui per quadraginta annos possedit, qualiter presumit dicere per sacramentum ad sancta dei euangelia, quod de habeo aut de fratre, aut qualis parens fuerit, quod ipsas res suas factas habuit, aut per donatione aut commutatione aut comparatione aut de extimatione, aut quomodo praesumpserit dicere aut firmare: leceat eum postea ipsas res habere et possidere. Alias uero res, quae diuisae fuerunt inter fratres aut nepotes, uel ubi mensura tracta est, sortes stantes adaequantur. Nam ubi per quadraginta annos mensura menime ambolauit et causa prouatam fuerit, quod iure quieto possidissit, sicut superius legitur, per sacramentum finiatur; excepto si communiter aliquid possident.

71. II. Si quis alio asto conpellauerit de pugna, quod solet fieri per prauas personas, preueat sacramentum ipse qui conpellat solus, et dicat iuratus, quia non asto animo eum per pugna faticare querat, nisi quod certam habeat suspitione, siue de furto fuerit, siue de incendio, aut unde ipsa conpellatio agitur. Et si hoc iurauerit, postea uadat exinde pugna; si autem menime iurare praesumpserit, non fiat ipsa causa per pugna iudicata aut finita.

72. III. Si quis liber homo ad alium liberum hominem consilium dederit periurare, aut casa alterius incendere, ubi homo cum rebus suis inhabitat, aut mulierem alienam uel

puella tollere uel rapere, et causa prouata fuerit, conponat pro ipso inlecito consilio, quod contra rationem ministrauit, solidos centum: ita sane, ut inter ista capitula, quae diximus, unde conpositio datur per ipsum qui ipsum malum agit, solidos nongentos, ipse consiliator conponat solidos centum; et unde conpositio fiet de solidos treccntos, consiliator conponat solidos quinquaginta, et si minus de trecentos solidos fuerit ipsa conpositio, consiliator conponat solidos 40, minus non; mediaetatem ex omnibus suprascriptis capitulis in palatio regis, et mediaetatem cuius causa fuerit. Et si ipse de quo dicitur, quod suprascripta mala consiliassit, uetare uoluerit, quod talem consilium non dedissit, preueat sacramentum cum legetimis sacramentalibus suis, iuxta qualis causa fuerit, [Roth. 359] et sit absolutus, nam per pugna non fatigetur. Nam si rei ueritas manifestata fuerit, conponat ut supra.

73. III. De donatione quae sine launigild aut sine thingatione facta est, menime stare deueat. Quia et sic specialiter in edictum non fuit institutum, tamen usque modo sic est iudicatum: ideo pro errore tollendum hoc scribere in edicti paginam iussimus. Et qui fuerit propinquus parens, ipse succidat, et si ille supraestis fuerit, qui ipsam donationem sine launigild dedit, possit eam a se recolligere; excepto si in ecclesiam aut in loca sanctorum aut in exeneodochio pro anima sua aliquit quiscumque donauerit, stabile deueat permanere, quia in loga sanctorum aut in exeneodochio nec thinx nec launigild inpedire deuit, eo quod pro anima factum est.

74. V. Si infans, dum intra aetate est, res suas cum fratribus aut cum parentibus suis diuidere uoluerit, aut si ipsi cum ipso infante diuidere uoluerint, faciat iudici noditiam; et ipse iudex faciat uenire parentis ipsius, et una cum ipsis aut per se ipsum aut per missum suum, bonam personam deum timentem, res ipsas diuidant; sic tamen ut omni tempore sortis stare debeant, et adequatio percurrat.

75. VI. Si infans dum intra aetatem est, causam habuerit cum qualecumque hominem, similiter faciat iudex parentis ipsius propinquos uenire, et accedat apud locum

cum ipsis parentibus, et deliberit causam ipsam per iustitiam, et faciat noditiam, in quorum presentiam causam ipsam deliberauerit, et iudicatum suum emittat, ut ipse qui causam suam quaerit, non perdat iustitiam suam pro eo, quod ipse infans intra aetate esse uedetur. Iudex autem, quomodo ordinauerit, aut qualiter fecerit causam in his capitulis de eo qui intra aetate est, habeat retribotorem deum omnipotentem, siue in bono siue in malo. Et missus ille, quem iudex direxerit pro diffiniendum causis, quae supra precipimus, si in aliqua parte cor suum in fraude declinauerit, aut fecerit ea quae oportuna non sunt, ut ipse infans damnum habeat, quae intra aetate est, et non fecerit aequalitatem et prouatum fuerit, quod fraudem fecissit aut concludium contra ipsum infantem statuissit, de proprio suo restaurit, quod fraudolenter diuisit. Hoc ideo proinde dicimus, ut infans ille, qui causam suam nescit legitime procurare, damnum non habeat.

76. VII. De religiosa femina, quae uestem et habitum sancte religionis in se suscepit, si contegerit ex peccato ut adulterium uolontariae comittat, qui ipsa sanctemonialem feminam adulterauerit, conponat solidos 200; quia de secularibus feminis edictus continetur [*Roth.* 189], ut conponatur pro adulterium sol. 100, et nos prospeximus ueram esse iustitiam, ut in dei omnipotentis causam et sancte eius genetricis mariae, cuius uestem suscipiunt, duplicentur. De pecunia autem eisdem religiosae feminae, quae, quod absit, uolontariae adulterium penetrauerit, sic fiat, sicut iam antea de religiosis feminis statuimus [*cap.* 30], quae se marito copolauerit.

77. VIII. Si duo fratres, aut si pater et filius thingati fuerent, si unus ex ipsis sine filiis filiabus mortuos fuerit, curtis regia ei succedat. Ideo autem hoc scripsimus, quia et si adfictum in edictum propriae non fuit, tamen omnes iudices et fidelis nostri sic dixerunt, quod cauerveda antiqua usque nunc sic fuissit.

78. VIII. De possessione, qui aliquit de puplico habit, et per sexaginta annos quietos possedit, leceat eum inantea sine aliqua molestatione habere et possedere. Hoc autem ideo

statuimus, quia possessio aliorum hominum secundum langobardorum legem [*Grim.*4] in triginta annos finitur; causas quidem regalis, unde conpositio expectatur, duplicatas statuit decessor noster rothari rex [*cap.* 369] componere: propterea nobis rectum cum nostris iudicibus comparuit esse, ut et in ista causa de possessione duplicentur ipsi anni, ut fiant 60. Et si aut iudex aut actor noster ipsum, qui possessionem talem habit, pulsauerit, quod ipsam rem iniuste possedissit aut inuasissit, et non sint completi sexaginta anni: tunc ille cuius possessio est, dicat iuratus ad sancta euangelia aut de se aut de patre aut de auio, quod ipsam rem per principem, qualem ausus fuerit nominare, ipse aut parentis ipsius per sexaginta annos possedissit, nec eam per legem dimittere deueat, et sit postea securus. Et si hoc facere ausus non fuerit, aut forte gastaldius aut actor prouare potuerit, completi sexaginta anni possessio ipsa non sit, et ueritas apparuerit, quod de puplico fuisset: aut ostendat preceptum aut amittat ipsam rem, si sexaginta anni in ipsa possessione non fuerit completi. Et si forsitan aliquis de seruo aut de haldione domno regis comparauit, et prouata causa fuerit, relaxit ipsam rem in puplico, quia de seruo aut de haldione regis possessio uinditionis esse non deuit, sicut nec de aliorum seruis uel haldionibus.

79. X. De eo homine, qui cauallo in mercato comparare uoluerit, ut ante duos aut tres homines eum emere deueat, nam non segrete; et si aliquis postea ipsum cauallum cognouerit, habeat testimonia, in cuius presentia comparauit, et ei postea furti calomniam non fiat. Et si ad ipsos testes non credederit, qui furtum querit, firment ipsi testes per sacramentum, excepto si tales hominis fuerent, quibus rex aut iudex sine sacramento credere possit. Et si hominis non habuerit, in quorum presentia comparauit, nisi simpliciter dixerit: „quod comparauit de franco aut nescio de qualem hominem“, conponat ipsum cauallum pro furtum.

80. XI. De furonibus, ut unusquisque iudex in ciuitatem suam faciat carcerem sub terra; et cum inuentus fuerit, ipsum furtum conponat, et conpraehindat eum et mittat in ipso

carcire ad annos duo uel tres, et postea dimittat eum sanum. Et si talis persona fuerit, ut non habeat, unde ipsum furtum conponere, debeat eum dare in manus illius, cui ipsum furtum fecit, et ipse de eo faciat quod uoluerit. Et si postea iterum ipse in furto tentus fuerit, decaluit eum, et cedat per disciplinam, sicut deuit furonem, et ponat ei signum in fronte et faciae. Et si nec sic emendare uoluerit, et post ipsas distractiones in furtum tentus fuerit, uindat eum foris prouincia, et habeat sibi iudex praetium ipsius; uerumtamen ut prouata causa sit, et non eum sine uera prouatione deueat uindere.

81. XII. Si quis homo cauallum perdederit aut aliam qualemcumque rem, uadat ad iudicem qui in loco positus est, ubi furtum factum fuerit, et dicat ei omnia, qualiter ei contegit. Et si iudex neclctum fecerit ad inquirendum ipsum furtum, conponat de proprio suo furtum ipsum. Et si dixerit, quod nullum neclctum fecissit, preueat sacramentum, quod neclctum ad inquirendum non fecissit, nisi quod inuenire non potuissit, et sit apsolutus. Quod si iurare ausus non fuerit, conponat ut supra ipsum furtum de proprio suo.

82. XIII. Si quis carrum et boues in silua sua inuenerit, et lignamen superposito aut cum qualemcumque rem honerato, et ipsos boues aut carro conprehendere et ad propriam suam duxerit, non sit culpa uelis pro eo, quod in rebus suis inuenit.

83. XIII. De omnibus iudicibus, quando in exercito ambolare necessitas fuerit, non dimittant alios homenis, nisi tantummodo qui unum cauallo habent, hoc est homines sex, et tollant ad saumas suas ipsos cauillos sex; et de minimis hominibus, qui nec casas nec terras suas habent, dimittant homenis decem: et ipsi homenis ad ipsum iudicem faciant per ebdomata una operas tres, usque dum ipse iudex de exercito reuertitur. Sculdabis uero dimittat homenis tres, qui cauallûs habent, ut tollant ad saumas suas cauillos tres; et de minoribus hominibus dimittant homenis quinque, qui faciant ei operas, dum ipse reuersus fuerit, sicut ad iudicem dixemus, per ebdomata una operas tres. Saltarius quidem tollat cauallo uno, et de minoribus, qui ei operas faciat, tollat

homine uno, et faciat ei operas, sicut supra legitur. Et si amplius iudex uel sculdahis aut saltarius dimittere presumpserit homines sine regis permissio aut iussione, qui in exercito ambolare deuit, conponat uuirgild suo in sagro palatio.

Haec omnia superius conpraehinsa, quae antea per iudicium finita et statuta sunt, et terminum positum est, sic maneant, sicut antea sunt statuta; quae autem modo emergerent, sic terminentur, sicut nunc in presenti paginam adfiximus.

Explicit [de] anno XIII.

#### INCIPIT DE ANNO QVINTODECIMO (*p. Chr. 727*).

Iam enim . . . uicibus illa in antico edicti corpore augmentare preuidemus, quae credimus deo et bonis hominibus placita esse: modo quidem una cum nostris iudicibus et reliquis langobardis fidelibus nostris, diae kalendarum martiarum, anno deo protegente regni nostri quinto decimo, indictione decima, iterum pro quietudine pauperum et omnium langobardorum fidelium nostrorum tranquillitatem prospeximus in edicti corpore illa adiungere, unde antea erat incerta definitio, quoniam alii uolebant per usum, alii per arbitrium iudicare. Sed melius nunc est, ut ille inponatur terminus, unde nostri subiecti non fatigentur; et qualiter omnium unus fuit una nobiscum consensus, ita amodo et in futuro deueat permanere. Primum omnium statuere preuidemus pro christiana et catholicae legis defensione, quatinus nullus a fide christi oberrare presumat, sed firmiter in ea permanentis deum possemus habere defensorem atque propitium.

84. I. Si quis timoris dei immemor ad ariolus aut ad ariolas pro aruspiciis aut qualibuscumque responsis ab ipsis accipiendis ambolauerit, conponat in sagro palatio medietatem pretii sui, sicut adpretiatus fuerit, tamquam si eum aliquis occisisset, et insuper agat penitentiam secundum canonum instituta. Simili modo et qui ad arbore quam rustici sanctium uocant, atque ad fontanas adorauerit, aut sagri-legium uel incantationis fecerit, similiter mediaetatem pretii

sui conponat in sagro palatio. Et si quicumque, sciens ariolum aut ariolam, non eos manifestauerit, aut illos celauerit, qui ad ipsos uadent, et non manifestauerit, supra scriptae poene subiaceat. Qui autem seruum suum aut ancillam ad ipsos ariolûs aut ariolas transmiserit ad aliqua responsa ab eis recipienda, et prouatum fuerit, suprascripta poenam conponat. Si uero seruus aut ancilla sine uoluntate dominorum suorum, et tantum ex sua auctoritate ad ariolum aut ariola ambolauerit, similiter ad aliqua responsa accipienda, tunc dominus eorum uenundare eos deueat foris prouincia. Et si neglexerit dominus eorum hoc facere, suprascriptae poenae subiaceat.

85. II. Si quis iudex aut sculdahis atque saltarius uel deganus de loco, ubi arioli aut ariolas fuerit, neglexerit amodo in tres mensis eos exquirere et inuenire, et per alios homines inuenti fuerent, tunc conponat unusquisque de locum suum mediaetatem pretii sui, sicut supra legitur. Et si manifestatum fuerit, quod sciat iudex aut sculdahis uel saltarius aut deganus, ubi ipsi arioli aut ariolas sunt, et eos non condemnauerit aut premium tolerit, aut quasi causa piaetatis uel pro qualicumque genio absolserit: tunc integro uuirgild suo in sagro palatio conponat. Nam si per iudicem inquisiti aut inuenti fuerent sine noditia sculdahis, tunc habeat ipse iudex potestatem foris prouincia eos uindendum et praetium sibi tollendum atque habendum; nam si per sculdahis inuenti fuerent, mediaetatem de ipso praetio tollat iudex et mediaetatem sculdahis. Et si deganus aut saltarius ipsos ariolûs aut ariolas uel suprascriptûs sagrilecûs inuenerit et sculdahis suo manifestauerit, tunc tertiam partem ipse saltarius aut deganus de ipso pretio per quem inuenti fuerent, habeat sibi, et duas partis tollat ipse sculdahis. Et ita prospeximus, ut unusquis iudex et sculdahis faciat mittere preconem, ut qui usque modo ipsa nec dicenda opera egerunt, siue masculus siue femina, ut amodo non fiat; et si amodo non fecerent, non uadant uenales. Nam si post ipsum preconem in talibus malis operibus inuenti fuerent, poenae suprascriptae subiaceant. Et ita uolumus atque precepimus ut



unusquisque sculdahis et saltarius atque deganus iurare debeat iudici suo ad sancta dei euangelia, quod in ista causa nullum neclitum ponant; quia iustum est, ut dum in nostra causa neclitum ponere non presument nec nobis celare, qui contra nos agent aut consiliant: quantum magis non debent neclitum in dei causa ponere, quae plus est, ad inquirendum.

86. III. Si quis cauallum alienum in damnum suum inuenerit, et iuxta anteriore edictum [*Roth.* 343] ad clausura minauerit, et illam rationem fecerit quam edictus anterior cernit, sic exinde procedat iudicium, sicut gloriosae memoriae rothari rex instituit. Nam si amplius aliquid in ipso cauallo facere presumpserit, quam edictus anterior contenit, si ipse cauallus nihil mali passus fuerit, conponat pro ipsa inlecita presumptione, iuxta qualis ipse cauallus fuerit, medietatem praetii quantum ipse cauallus adpretiatus fuerit, pro ipsa inlecita presumptione, et ipsum cauallum sanum restituat dominum eius. Nam si ipse cauallus mortuus aut lesus fuerit, sic conponat, sicut in anteriore edictum legitur, et insuper pro ipsa inlecita presumptione conponat ut supra.

87. III. Si quis cum seruo aut haldione uel cum pertenentem alieno de qualiscumque re conuenerit sine noditia domini eius, quae in anteriore edicto [*Roth.* 233—235] non conteneretur, et prouatum fuerit, quod res domini sui naufragassit, tunc reddat ipsam rem, qui eam suscepit absque praetio, domino eius, ita ut satisfaciat per sacramentum, quod amplius exinde non tolissit. Postea dominus eius faciat de seruo aut de haldione suo, quod illi placuerit.

88. V. De seruis fugacibus, quia iam antea capitulum istum adfiximus [*cap.* 11], sed non est specialiter dictum, in quali spatium dominus eius eum perquirere debeat, ut iustitiam faciat, qui eum conpellat: modo uero ita prospeximus, ut si fuerit in beneuentum aut in spoliti, habeat spacium dominus eius in mensis tres. Quod si fuerit intra tuscia, habeat spatium in mensis duo; et si fuerit ista parte alpe, habeat spatium perquirendum in mense uno, et faciat iustitiam, qui eum de seruo suo conpellat.

89. VI. Si quis coniogi suae metam dare uoluerit, ita

nobis iustum esse comparuit, ut ille, qui est iudex, debeat dare, si uoluerit, in solidos quadringentos, amplius non, minus quomodo conuenerit; et reliqui nouilis homenis debeant dare in solidos trecentos, amplius non; et si quisquam alter homo minus uoluerit, quomodo conuenerit. Et ipsa meta sub aestimatione fiat data et adpretiata, ut nullo tempore exinde intentionis aut causationis procedat.

90. VII. Si quis res alienas, casas aut terras, aut pecunia aut familias malo ordine possederit, et per legem et iustitiam et per iudicium exinde conuictus et expulsus fuerit, aliud exinde non conponat, nisi retro tempus reddat frugis et laboris sub sacramento, ab illo diae, quod exinde conpellatio facta et manifestata est.

91. VIII. De scriuis hoc prospeximus, ut qui cartolas scribent siue ad legem langobardorum, quoniam apertissima et pene omnibus nota est, siue ad romanorum, non aliter faciat, nisi quomodo in ipsis legibus conteneretur; nam contra legem langobardorum aut romanorum non scribant. Quod si non sciunt, interrogent alteros, et si non potuerent ipsas legis pleniter scire, non scribant ipsas cartolas. Et qui aliter facere presumpserit, conponat uuirgild suum, excepto si aliquid inter conlibertus conuenerit. Et si quisquam de lege sua subdiscendere uoluerit et pactionis aut conuenientias inter se fecerent, et ambe partis consenserent, isto non inpotetur contra legem, quia ambe partis uolontariae faciunt: et illi qui tales cartolas scribent, culpauelis non inueniantur esse. Nam quod ad hereditandum pertinet, per legem scribant. Et quia de cartola falsa in anteriore edictum [*cap. 243*] adfixum est, sic permaneat.

92. VIII. Si quis liber homo, in terra aliena resedens liuellario nomine, humicidium fecerit et fugam lapsus fuerit, tunc ille, in cuius terra ipse humicida habitauit, habeat spatium in mense uno ipsum hominem perquirendum; et si eum inuenerit, licenciam habeat ipsum hominem, quamuis liber sit, conpraehindendum et tradendum in manus illius cui humicidium fecit. Et si hoc non fecerit, dare deueat mediaetatem de omnibus rebus mouilibus, excepto tectoras,

quas in ipsa casa ipse humicida habuit. Quod si nec hoc uoluerit facere ipse cuius terra est, dare deueat liuellario nomine ipsa terra ei, cui humicidium factum est, ut reddat ei exinde, sicut ille reddebat, qui ipsum humicidium fecit. Tamen de his trebus capitulis in illius sit potestatem elegendi, cuius terra est, ut faciat exinde unam qualem uoluerit.

93. X. Si quis mulierem aut puellam aut religiosa femina, quae in alterius mundium est, in sacramento mittere presumpserit, conponat ad mundoald eius solidos numero quinquaginta, et in palatio sol. numero 50.

94. XI. Si quis fream alienam sine uolontatem de mundoald eius mouere de casa, ubi inhabitat, presumpserit, et alibi duxerit, conponat ille qui in caput est, pro inlecita presumptione ad mundoald eius solidos numero octonta. Et si liberi homenis cum ipso fuerent, conponat unusquis per caput solidos 20; serui autem in conpositione domini sui conpotentur. Nam si forte ille homo liber, qui ipsam fream de casa ubi est tolerit, et sibi uxorem duxerit, sic conponat, sicut gloriose memorie rothari rex in anteriore edicto [*Roth.* 186. 187] instituit.

95. XII. Si quiscumque liber homo ancillam suam pro religionis et munditiae causa uestem religiosam induerit, ut ei, sicut consuetudo terrae istius est, inferendam aut oblationem per loga sanctorum deueat deportare, et contegerit ex peccatis, ut quispiam homo eam uxorem ducat: ubicumque inuenti fuerent, separentur, et conponat ipse, qui eam tolit uxorem, domino eius solidos 40, et illa reuertatur in pristinum habitum. Quod si aliquis eam, quod absit, adulterauerit, simili modo conponat domino eius solidos numero 40. Quia edictus anterior [*Roth.* 194] de gentile ancilla adulterata uiginti solidos contenit, ut conponatur, de dei quidem ancilla iustum est, ut conpositio dublicetur. Verumtamen sic statui-mus, ut si prouata causa fuerit per presueterum aut alium sacerdotem, quomodo ipsa uestem religiosa induta est, ut non fiat alicui homini calomnia pro figmento, sed pro certa ueritate; et dum prouatio uera facta fuerit, sic ipsa conpositio fieri deueat.

Haec autem omnia, quae modo in presente edicti corpore adfixemus, si deinceps causa emergerit, sic deueat fieri terminata, sicut nunc statuere uisi sumus; quae antea emergerunt, sic determinantur, sicut anterior institutio fuit.

Explicit de anno XV.

INCIPIIT DE ANNO SEXTO DECIMO (*p. Chr. 728*).

Pluribus iam quidem uicibus in antiquo edicti corpore ea adiungere curauimus, quae pro salute animae et gentis nostrae saluatione esse prospeximus; nunc itaque simili modo ea considerantes, quae secundum deum recta esse cognouimus, ut nec periuria nec iurgia inter nostros emergantur fideles, una cum nostris iudicibus atque fidelibus langobardis, et modo presenti tempore die kalendarum martiarum anno christo protegente regni nostri 16, indictione 11, iterum adiungere: deum inuocamus testem, non pro aliqua uana gloria aut laude humana querendum, sed dei omnipotenti placendo et nostros de errore tollendo subiectos.

96. I. Si quis pro causam suam aliquid iudici aut ad qualemcumque locopositus uel fidelis regi dederit, et uiuentem eum requisierit, dicendo quod liberatum non sit, faciat illi iustitiam, post quantûscumque annos requisierit. Nam si post mortem eius filiûs aut heredis pulsauerit, sic statuimus, ut si uiuentem patrem pulsauit proclamando ad regem, aut conpellandum per tales homines quorum fedis amittitur, et ueritas apparuerit, quod pulsauit et iustitiam inuenire non potuit, faciat ei filii aut heredis iustitiam sicut lex est, si intra anni spatium post mortem patris repetitionem suam ostendere potuerit. Nam si suam reclamationem ostendere non potuerit, et anni spatium preterierit, etiamsi pulsassit, non habeat fagundiam filiûs aut heredes repetendo, nisi sit sibi contemptus. Quia de uuadia et fideiussore de sagramento ita rothari decessor noster in anteriorem edicto [*cap. 361*] sic statuit, ut post anni spatium, cuius pars neglexerit, amittat causam suam: ideoque nobis congruum

paruit, ut ipse qui sine uadia et fideiussorem repetire querit, post anni spatium facundiam non habeat repetendo.

97. II. Si quis alium pulsauerit de seruo suo aut haldione, quod furtum aut homicidium aut aliquod malum fecissit, si uiuentem ipso seruo aut haldione eum pulsauit et conpellationem fecit, faciat ei iustitiam, quandoque pulsatus fuerit. Nam si dum ipse seruus aduixerit, dominum eius non pulsauerit, nisi post mortem serui aut haldionis ipsius quesierit ad domino eius, ut ei iustitiam faciat: decreuimus ut nullam facundiam habeat requirendi, si uiuente seruo aut haldione non pulsauit dominum eius; quia iniuste nobis apparuit, ut posteus seruo aut haldionem ipsum inquirere non potest, ut ei aliquam iustitiam faciat.

98. III. Si seruus cuiuscumque ancillam alterius tolerit, et dominus ancillae eam libertauerit et amund fecerit, aut si eam uindederit et qui eam emit doloso animo libertauerit, et seruus ipse in seruicium permanserit: amittat ipsam libertatem suam et sit ancillam regis; et ipse qui eam libertauerit, conponat regi aliam talem, aut precium quantum ipsa ualuerit, eo quod concludium fecit. Seruus uero ipse sit in potestatem domini sui, et ancillam ipsam faciat dominus serui suam cum pretium, aut qualiter regem optinere potuerit.

99. III. De puero intra aetatem decreuit clementiam nostram cum nostris iudicibus uel reliquis langobardis, ut sicut in alium hominem de rebus suis, dum intra aetatem est, dare non potest, ita nec regi donare possit, antequam ad legitimam perueniat aetatem; quia de causam istam multae contentionis fuerunt.

100. V. Nulli sit licentiam, qualeuit mulierem, mundium eius habens in potestatem, post mortem mariti sui ante anni spacium uelare aut monachico habito induere. Et si ipsa sua uolontatem ante anni spacium hoc facere dispo-  
suerit, ueniat ad palatium regi et dicat clementiae eius uolontatem suam, et interrogata uel inquisita diligenter a rege, per eius permissum accipiat religiones uelamen. Si uero ante anni spacium sine permissum regis quis hoc facere

presumpserit, conponat regi uuirigild suum; mundio uero mulieris, uel res eius propriae sint in potestatem palatii. Qui hoc ante anni spacium facere querit, propter logrum pecuniae uel seculi cupiditatem hoc facere querit, nam non ob amorem dei, aut anima eius saluandam; quia post mortem uiri sui, dum dolor recens est, in quale partem uoluerit, animum eius inclinare potest. Nam cum in se reuertitur, et carnis dilectatio ei obuenerit, quod peius est, in adulterium cadit, nec monacha esse inuenitur nec laiga esse potest. Et si alter quiscumque homo, in cuius mundium non est, hoc facere presumpserit, conponat uuirigild suum in sagro palatium, et ipsa cum rebus suis sit in potestatem mundoaldi sui.

101. VI. Si qua mulier religionis uelamen induta fuerit, uel obseruata omnia, qualiter in superiore capitulo adfixa sunt, in monasterio intrare uoluerit: si filiûs aut filias habuerit, in quorum mundium esse inueniatur, cum tertiam portionem de propriis rebus suis intrit in monasterium, et post ouitum eius remaneat in ipso monasterium, ubi ipsa intrauerit. Si uero filiûs aut filias non habuerit, cum medietatem de rebus suis in monasterio intrare possit, si uoluerit, et post eius decessum maneat ipsa metietas in potestatem monasterii. Nam si in domum permanserit, potestatem habeat de rebus suis iudicare pro animam suam, aut cui uoluerit, tertiam portionem; duas uero portionis ex rebus eius sint in potestatem ipsius, ad quem mundium eius pertinet.

102. VII. Si quis langobardus habuerit filium masculinum legetimum unum, aut filia legetimam unam aut plures, et antequam eam ad maritum tradat, ad mortem uenerit, potestatem habeat ad filiam suam per cartola donationis, si uoluerit, usque ad quartam portionem de rebus suis iudicare; si iudicauerit, stabilem permaneat. Si uero duos filiûs legetimûs habuerit, et filia una aut plures, septima portionem de rebus suis iudicet si uoluerit; si uero amplius filii fuerint, per hanc rationem conpotetur. Si uero pater

uiuentem se eas ad maritum dederit, ordinet eas iuxta legem, qualiter uoluerit.

103. VIII. Nulli sit licentiam, coniugi suae de rebus suis amplius dare per qualecumque ingenio, nisi quod ei in diem uotorum in metphio et morgincap dederit secundum anteriorem edicti pagina [*Liutpr.* 7] et quod super dederit, non sit stabilem.

Explicit de anno XVI.

INCIPIIT DE ANNO SEPTIMODECIMO (*p. Chr.* 729).

Vicibus iam etiam . . . in uolumina in antiquo edicti corpore illa adicere curauimus, que deo placita et genti nostre expediuilia esse cognouimus: et nunc quidem propter singulas uexationes, que inter homines oriuntur, prospeximus etiam et modo adiungere, que oportuna esse probantur. Et ita statuimus atque censuimus, ut a die isto kalendarum martiarum anno regni nostri, deo propitio, septimodecimo, indictione duodecima, sic debeat de istis causis iudicium procedere: nam quod antea statuta sunt, modo minime reuoluantur. Quia nobis sic constetit cum nostris iudicibus tam de austria et neustria et de tuscie partibus uel cum ceteris langobardis fidelibus nostris, id est in primis:

104. I. Si seruus cuiuscumque, habens legitimam uxorem, et aliam ancillam super eam duxerit, componat dominus serui, sicut edicto de adulterio contenit [*Roth.* 194. *cfr. Liutpr.* 95. 110], ei cuius ancillam postea tolit. Ancilla uero ipsa pro inlecita presumptione accipiat talem disciplinam ad dominum suum in presentia de domino serui, ut alia ancillam hoc facere non presumat.

105. II. De his qui de inlecito matrimonium ante tempo nati sunt, et ei legetimi fratri sui uolontariae partem dederunt, ita statuimus, ut si ei fratri sui legetimi uolontariae partem dederunt, in ipso deueant permanere, et eos exhereditare nemine deueant. Nam pater non possit illos inlecitûs neque per thinx uel per qualicumque concludium heredis instituere. Hoc autem ideo statuere preuidemus, ut

omnes homo, qui uult, accipiat uxorem legitimum, nam non inlicitas contraat nuptias. Si autem fratres non sunt, et parentis propinqui fuerent, qui potuerunt legitime ad hereditatem uenire, et usque modo tacuerunt, taceant et inantea, et nullam habeant contra eos, qui possident, per triginta annos fagundiam loquendi, dicendo, quod exherede esse debeant; nisi quod per triginta annos possederunt, possideant.

106. III. Si quis alidiane alienam aut suam ad uxorem tollere uoluerit, faciat eam uiderbora, sicut edictus continet [*Roth.* 222] de ancillam. Nam qui sine ipsa ordinatione eam quasi uxorem habuerit, filii qui ex ea nati fuerent, non sint legitimi, sed naturalis.

107. III. Si plures hominis cartolam conuenientiae inter se fecerent, et poena posuerint, et postea unus duos aut tres uel amplius se de ipsa conuenientiam subtraere uoluerent aut poena rupperent, unusquisque per caput componat ipsa poena, quam posuerunt, in integrum. Quia omnes unianimiter consenserunt, et nullus eos imperauit talis causam facere, ideo per caput componat, qui rupperunt ipsa poena, sicut per caput uolontariae consenserunt.

108. V. Si quis fideiussorem aut debitorem suum pignerauerit, et ipsum pignus recolligere neglexerit, et eum per duodecim dies dimiserit, tunc ille qui pignus ipsum apud se habet, si seruus aut ancilla est, custodiat eum ut ei fuga non faciat, et faciat sibi eum operas facere, sicut suum proprium seruum aut ancillam. Et super habeat licentiam repignerare usque in secundam uicem, ut sint ipsa pignora in dubbo, quantum debitum ipse est. Et si per triginta dies pignora ipsa debitor aut fideiussor recolligere neglexerent, si in neustria aut in austria fuerent, amittat ipsa pignora, et non habeant facultatem requirendum. Si uero in tusciae partibus fuerit, habeat spatium in dies sexaginta; nam si super sexaginta dies fuerit, similiter amittat pignora ipsa; insuper potestatem habeat, qui pignerauit, causam suam per legem agere et procurare.



109. VI. Si quis permissum habuerit de deuitorem aut fideiussorem suum, ut per boue aut cauallus domitus pignerare possit, et pignerauerit, et intra duodicem noctis pignera sua deutor aut fideiussor recolligere neglexerit, potestatem habeat, eas menare sicut et suas proprias, et gubernare: et si mortui fuerit, non requirantur. Nam si pulsatus fuerit, quod iniquo animo plus quam suam animalia minassit, satisfaciat ei solus ad euangelia. Si uero per 30 dies ista parte alpe aut per sexaginta dies illa parte alpis dilatauerent et non recollexerent: sicut superius de seruo aut ancillam statuimus [*cap.* 108], ita et de cauallus uel boues, aurum uel argentum, uestimenta, aeramenta, ferramenta aut animalia minuta uel quoleuit pignus fuerit, esse cinsimus.

110. VII. Si quis seruum alienum aut ancillam locu pigneris tenuerit, et furtum aut humicidium, uel quoleuit malum fecerit, non repotetur proprio domino, nisi ei qui eum tenuit: quia, posteus eum pro deuitum suum conpraehindit, sic custodire deuit, ut aliquo malo facere non possit. Si uero ancillam fuerit, et cum eam ipse qui pignerauit aut seruus eius adulterauerit ante prefinitum constitutum, quod superius posuimus de triginta et 60 dies: conponat adulterium ipsum dominum eius, cuius fuerit ancilla; post constitutum uero 30 uel 60 dierum spatium, sit in potestatem eius qui pignerauit, si ipse, cuius fuerit, recolligere neglexerit.

111. VIII. Si quis seruum aut haldionem alterius per concludium conpraehindere presumpserit, dicendo quod super furtum suum conpraesissit aut tacito in curtem suam noctis tempore inuenissit, et concludius ipse apparuerit et certa fuerit ueritas adprouata: conponat ipse, qui eum adpraehindere per talem ingenio praesumpserit, ei cuius fuerit seruus aut haldius, quantum ipse conponere debuit, si absque concludium aut fraudem eum praesissit, id est furtum ipsum, quod querebat, in actogild et pro inlecita presumptionem solidos 40; et si furtum non repetierit, nisi de tacito in

curtem suam conpraehinsum dixerit, conponat solidos 40, si ipse concludius apparuerit.

112. VIII. De puella unde iam antea [*cap.* 12] diximus, ut in duodecimo anno legetima sit ad maritandum, sic modo statuimus, ut non intrantem ipso duodecimo anno, sed expleto, sic sit legetimam ad maritandum. Ideo nunc hoc dicimus, quia multe intentionis de causam istam cognouimus; et apparit nobis, quod inmatura causa sid ante expletûs duodecim annos.

113. X. Si quis langobardus uoluerit in filios suos sibi bene seruiantibus aliquit largiri, habeat licentiam in hoc modo, ut si fuerent duo filii, tertiam partem substantiae suae possit meliorare eum, qui ei bene et secundum deo obediens fuerit et seruiert. Et si tres fuerent, habeat licentiam, quartam partem meliorare quem uoluerit; et si fuerent quattuor filii, tribuat quintam partem; et si fuerent quinque filii, sextam partem; et si fuerent sex septimam; et si amplius fuerent, per hoc nomiro percurrat, ut semper qui pater est, uicorem habeat, qualiter ei filii sui recte, ut diximus oboediant et deseruiant; et si toti ei bene seruiert, habeant aequalitatem substantiae patris. Quod si forsitan quiscumque secundam aut tertiam mulierem duxerit, et habuerit filiûs et de anteriorem conioge et de sequentem, non habeat potestatem illos posteriores, quorum mater uiuit, meliorem facere dum ipsa aduixerit, nec dicat aliquis, quod per ipsa mulierem talis soasio facta fuissit: defuncta autem mulierem, pater licentiam habeat facere, sicut supra legitur. Quia credimus secundum deum esse, ut dum seruûs, qui bene seruiunt, melioratûs uidimus et remuneratûs a dominis suis, quam illos qui recte non seruiunt: quantu magis debent fieri recta causa, ut homo filium suum meliorare et remunerare possit, qui ei melius seruiert.

114. XI. Si puella sine uolontate parentum absconse ad maritum ambolauerit, et ei meta nec data nec promissa fuerit, et contegerit, ut maritus ipse antea moriatur, quam mundium de eam faciat, contenta sit ipsa mulier, nec possit

postea metam querere ad heredibus eius, qui defunctus est, pro eo quod negligenter sine uoluntatem parentum suorum ad maritum ambolauit, nec fuit, qui iustitiam eius exquirere.

115. XII. Si quis possederit qualiscumque rem mouilem aut in mouilem per cartolam falsam, et adprouatum fuerit, quod per ipso monimen falsum rem ipsam possederit, non eum defendat possessio sua, hoc est triginta annorum, nec excludat illum, cuius res legibus fuit, sed amittat ipsa rem, quam per cartola falsa possederat; sic tamen, ut diximus, si prouatum fuerit; et ille ipsa rem recipiat, cui antea per lege pertenerere debuerat.

116. XIII. Si quis commutauerit terram aruam, aut pratum uel siluam, et inibi laborauerit et aedificium fecerit, aut clausura aut uinea posuerit, et postea surrexerit tertius homo qui ipsum locum suum faciat, et eum ille qui dedit defendere non potuerit, recipiat res suas, quem dedit, et insuper ille qui dedit et menime potuit defendere, ipsum damnum ei restituat, quantum adpretiatus fuerit, quod ibidem postea laborauit uel edificauit; sed et de conparationem statuimus, sicut et de commutatione. Hoc autem de his causis dicimus, unde cartolam commutationis aut uinditionis homenis inter se non faciunt: nam unde cartolam faciunt et ostenduntur, sic deueat esse, sicut in ipsa cartolam legitur.

Explicit de anno XVII.

INCIPIT DE ANNO NONODECIMO (*p. Chr. 731*).

Superstitiosae et uanae contentiones assidue nostram impulsare clementiam non cessant. Et dum ad resecandas intentiones improborum noster intenderet animus: quicquid nostris iudicibus uel reliquis langobardis recta conparuerunt, sicut etiam . . . . uicibus a nobis alia statuta sunt, ita et nunc in presenti nonodecimo anno regni nostri die kalendarum martiarum indictione quartadecima decidere et confirmare

in huius edicti pagina preuidimus; ut si amodo de his capitulis, que subter adnexa sunt, aliqua intentio excreuerit, sicut statuimus, ita finiantur ac determinantur.

117. I. Si infans ante decem et octo annos, quod nos instituimus [*cap.* 19] ut sit legetima etas, spunsalia facere uoluerit, aut sibi muliere copolauerit, habeat potestatem et metam facere, et morgincap dare iuxta edicti tinore [*Liutpr.* 7. 89], et oblicationem facere et fideiussore ponere, et carta, si uoluerit, pro causa ista scribere: et qui fidiussoris exteterit aut scriua, qui pro causa ista cartam scripserit, nulla exinde habeat damnationem. Quia nos ideo usque ad illam etatem perduximus causam de infantibus, ut ipsi res suas non deueant naufragare aut disperdere. Nam pro ista coniunctionem, quam deus precepit, absoluimus ut fiat.

118. II. Recolimus enim, quod statuimus [*cap.* 20. 62] cum nostris iudicibus, ut qui hominem liberum occiserit, omnem substantiam suam amittat. Modo uero dum reptirent singuli homenis, cui forte aliquam duritiam detenebant, quod parentis eius, qui in lectulum suum mortuos fuerat, per ueninum occisissit, et dum per pugnam ipsam causam, sicut antiqua fuerat consuetudo, querere disponebat: grauis causa esse nobis comparuit, ut sub uno scuto per pugnam omnem substantiam suam homo amitterit. Ideoque statuere preuidemus, ut si amodo talis causa emergerent, quis ille mortem parentis sui querere per pugnam uoluerit, quod eum per ueninum occisissit, obseruata ea, quae in anteriorem edicto scripsemus [*cap.* 71], ut per euangelia firmit, quod non asto animo causam ipsam querat, nisi quod certa ei sit suspectio: potestatem habeat querere per pugnam, sicut antea fuit consuetudo. Et si ei ferita uenerit, cui crimen ipsum inmettitur, aut ad camphionem ipsius, quem conductum habuit, non amittat omnem substantiam suam, sed conponat eum secundum qualitatem personae, sicut antea fuit lex conponendum. Quia incerti sumus de iudicio dei, et multos audiuius per pugnam sine iustitia causam suam perdere; sed propter consuetutinem gentis nostrae langobardorum legem ipsam uetare non possumus.

119. III. Si quis filiam suam aut sororem sponsare uoluerit, habeat potestatem cui uoluerit, libero tamen hominem, sicut anterior continet edictus [*Roth.* 178]. Nam postquam eam sponsauerit, non habeat potestatem alteri homini eam ad maritum dandi ante bienni tempus. Et si dare conuenit presumpserit, aut ipsa sponsalia inrumpere uoluerit, componat sponso ipsius, sicut inter se poena posuerunt, qualiter in anteriorem edicto legitur pagina; insuper in palatium regis componat uirgild suum. Et ille qui eam tollere presumpserit, componat similiter in palatio uirgild suum; si uero sine uoluntate patris aut fratris eam tollere presumpserit, qui iam alteri est dispensata, componat sponso eius dubbla metam, sicut edictus anterior continet; in palatium regis componat uirgild suum. Pater uero aut frater, qui in tali causa non consenserunt, sint soluti. Puella uero ipsa, qui suam uoluntatem hoc facere presumpserit, si aliqua ei portio ex parentum successionem debeat, amittat ipsam portionem suam, et nuda et uacua de rebus parentum suorum uadat, et ipsi succedant, qui per legem succedere possint; nec possent ei pater aut frater per quod uoluit genium aliquid dare aut hereditatem relinquere, quia excreuit uicium hoc in gentem nostram pro cupiditate pecuniae, et ideo eum reseruire uolumus ut inimicidias cessent et faida non habeant. Si autem, quod absit, post sponsalia facta talis inter parentis ipsius excreuerit inimicitias, qualiscumque causam interuenientis, ut homicidium de parentem ipsorum proueniat, unde duritiam inter se teneant: si dare aut tollere uoluerit, componat pars, qui neglexerit, sicut statutum inter se habuerunt, et sint absoluti; quia non est bonum, ut ibi quisquam debeat dare filiam aut sororem uel parentem suam, ubi uera inimicitiam homicidii esse prouatur.

120. III. Continet autem anterior edictus [*Roth.* 182] de fream suam, qui eam male tractauerit, ut amittat mundum ipsius; et non dicit, qualis sit ipsa mala tractatio. Proinde prouidimus dicere, quia ipsa sit mala tractatio, id est si eam fame negauerit, aut uestimentum uel calciamentum secundum qualitatem pecuniae non dederit, aut ad seruum

uel haldionem alterius eam uxorem dare presumpserit, aut eam battederit turpiter (excepto si infans fuerit, pro honesta disciplina ostendendum muliebri opera, aut ad uicium malum emendandum, sicut de propriam filiam suam) et si eam in indicebilem operam quocumque minauerit, aut si ipsa adulterauerit: omnia haec qui facere presumpserit, male tractata esse dicimus. Insuper et addimus, ut nec ad liberum hominem eam ad maritum absque eius uoluntate dare presumat, quia peius tractata esse non potest, si illum uerum tollit, quem ipsa non uult. Ideo statuimus, ut propter plagas et feritas, si fecerit, uel de adulterio, componat eidem feminae sicut edictus continet [*Roth.* 43—74], et mundium eius amittat.

121. V. Si quis admodum inuentus fuerit cum uxorem alienam turpiter conuersari, id est si manus in seno aut ad pectus eius miserit uel ad alium locum unde turpe esse potest cum consensu ipsius mulieris, et prouatum fuerit, componat qui hoc malum penetrauit uirgild suum ad maritum ipsius mulieris. Si autem causa non fuerit prouata, nisi tantummodo quispiam de suspecto alium de uxorem suam conpellauerit, habeat licentiam ipse qui conpellat aut ad pugnam aut ad sacramentum ipsum hominem querere, qualis uoluerit. Si uero ipsa mulier in hac inlicita causam consentiens fuerit, potestatem habeat maritus eius, in eam uindicta dare, sibi in disciplina, sibi in uindictionem, ubi uoluerit; uerumtamen non occidatur, nec ei sematio corporis fiat. Si quidem forsitan talis fuerit ipse liber homo, ut non habeat, unde compositionem faciat, tunc publicus debeat eos dare in manu mariti eius, et ipse in eum faciat uindictam in disciplinam et in uindictionem, nam non in occisionem aut in semationem. Si autem haldius aut seruus alienus hoc malum in libera mulierem facere presumpserit, tunc patronus eius componat ad maritum ipsius mulieris solidos 60, et ipsa persona diti ei in manu. Si uero seruus aut haldius alienus per uoluntatem domini sui hoc malum fecerit, quod suprascriptum est, et prouatum fuerit quod ipse dominus consensit, componat sicut supra uirgild suum; sic tamen

ut ipse seruus in ipsa compositionem tradatur. Et si prouata causa non fuerit de domini eius uolontatem, tunc ipse dominus serui aut haldionis pureficet se per sacramentum cum legetimis sacramentalibus suis, ut in ipsum malum consentiens non fuisset, et sit absolutus, et tantum fiat, sicut supra preuidemus uel statuimus de seruo uel haldione.

122. VI. Si quis miser insipiens homo presumpserit sponsare mulierem habentem uirum, sibe ipse uir eius egrotosibe sanus, sicut modo et nobis talem causam adnuntiatam est, et prouatum fuerit, conponat ipse, qui hoc fecerit, uuirigild suum ad maritum eius; et ipsa suscipiat in se talem condemnationem, qualem superius diximus [*cap.* 121] de illam mulierem, qui se turpiter adtractare permittit.

123. VII. Si quis forem accepto battedero hominem liberum aut mulierem liberam aut puellam, qui in scandalum, ubi ueri litigant, uenerent et per ipsas feritas ponderosus uel ponderosas effecti fuerent, sicut et modo factum audiuius, conponat medietatem pretii ipsius masculi, tamquam si eum occidisset, et de feminas semilem modo medietatem pretii, tamquam si fratrem eius occidisset; excepto si plagas aut feritas fecerit, conponat sicut anterior edicto [*Roth.* 43—74] legitur.

124. VIII. Si quis haldium uel haldiam, seruum uel ancillam battedero, et per ipsam batteturam ponderosi facti fuerent, medietatem pretii conponat dominum uel patronum eorum, tamquam si eum occidisset; excepto plagas aut feritas sic conponat, sicut in anteriorem edicto [*Roth.* 76—127] legitur.

125. VIII. Si quis malitiosae et per superbia, sicut et modo factum esse cognouimus, mulierem aut puellam liberam sedentem ad necessitatem corporis sui, uel in alium locum, ubi ipsa femina pro sua necessitatem nuda esse uedetur, pungere uel percutere presumpserit, conponat ad mundoald eius solidos octuaginta; et si haldius aut seruus fuerit, qui hoc facere presumpserit, conponat dominus eius solidos sexaginta, et ipsam personam, qui hoc malum fecerit, tradere deueat in manu de mundoald eiusdem feminae.

126. X. Si haldius cuiuscumque haldiam alterius tulerit ad uxorem et filii de ea procreati fuerent, et mundium ex ea non fecerit, sint filii eius haldionis, cuius et mater fuerit; nam postea mundium fecerit, et filii nati fuerent, sicut anterior edictus [*Roth.* 218] continet, patre sequantur, et talem legem habeant cum patrono suo, qualem et pater eorum habuit.

127. XI. Si quis romanus homo mulierem langobardam tulerit, et mundium ex ea fecerit, et post eius decessum ad alium ambulauerit maritum sine uoluntatem heredum prioris mariti, *faida* et *anagrip* non requiratur; quia, postea romanum maritum se copolauit, et ipse ex ea mundo fecit, romana effecta est, et filii, qui de eo matrimonio nascuntur, secundum legem patris romani fiunt et legem patris uiuunt; ideo *faida* et *anagrip* *menime* componere deuit qui eam postea tolit, sicut nec de alia romana.

128. XII. In anteriore edicto nostri [*Liutpr.* 36. 38] capitula adfixemus, ut si uadium suam soluendam quispiam liber homo tres fideiussoris habuerit, liberis homines, et ipse qui uadium suscepit, reddere neclexerit, sic componat sicut ille, qui non habuerit fideiussores paratus. Modo uero, dum prauis homines cognouissimus talis fideiussores uelle statuere, qui nihil habuerent, nisi solummodo personam suam, ut per eos iustitiam suam creditur ipse inuenire *menime* possit, statuimus, ut talis esse debeant fideiussoris ipsi, ut, si amplius non habuerent, quomodo eum pignerare possint, quam ipsa obligatio sit, uel tantum habeant, quantum, ut diximus, ipsa obligatio est, unde fideiussores interuenire debeant. Nam si minus habuerent, non sit culpauelis ille, qui eum recepere noluerit, nec ipse qui dare deuit, possit se excusare a culpam dicendo, quod fideiussores paratus habuissit; quia impossibile est, ut talis fideiussoris homo recepiat qui non habent, etsi amplius non, uel quantum ipsum deuitum fuerit, quod tollere locum pigneris possit. Et si de presenti habuerit, unde dare talis fideiussoris, qui recipiendi sunt, ecce bene: si autem ipsa ora non habuerit, sit spacium de ipsam uadium tres dies sine culpam, et postea debeat



dare talis fidiussores, qui habeant unde persoluant, quod deutor dare debuit; si uero amplius dilatauerit ad fideiussoris dandum, sicut antea statuimus, sic conponat.

129. XIII. Interuenientem uanissimam et superstitiosa uel cupida soasionem et peruersionem apparuit modo in his temporibus, quia inlecita nobis uel cunctis nostris iudicibus coniunctio esse paruit, quoniam adulte et iam mature aetate femine copolabant sibe puerolûs paruolûs et intra etatem legetimam et dicebant, quod uir eius legetimus esse deuerit, cum adhuc se cum ipsa miscere menime ualerit. Nunc itaque statuere preuidimus, ut nulla amodo femina hoc facere presumat, nisi si pater aut auus pueri cum legetimûs parentis puellę hoc facere preuiderit. Nam si puer post mortem patris aut auis sui intra etatem remanserit, et ei se qualiscumque femina, antequam ipse puer terciodecimo anno conpleat, copolare presumpserit, dicendo quod legitimus maritus eius esse debeat, inrita sit ipsa coniunctio, et separentur ab inuicem. Femina uero ipsa reuertatur uacua cum obproprium suum et non habeat potestatem alio uiro se copolare, dum ipse puerolus ad aetatem suprascripta peruenerit, siquidem ipsa inpleta etatem puer ipse sibi eam oxorem habere uoluerit, habeat licentiam, et si eam noluerit, tollat sibi oxorem aliam qualem uoluerit aut potuerit. Illa uero, si ad alium maritum ambolauerit, et ipse puerolus eam habere noluerit, non ei possit uir suus qui eam tollit, pleniter metfio dare, sicut ad aliam puellam, sed tantummodo mediaetatem, sicut ad uiduam mulierem [*Roth.* 182. 183]. Qui uerum puerum ipsum soaserit, sibe parentis eius sint, sibe extraneus homo, conponat solidûs centum, medietatem regi et medietatem ad ipsum puerolum.

Explicit de anno XIX.

#### INCIPIT DE ANNO VICESIMO PRIMO (p. Chr. 733).

130. I. Si quis dixerit coniugi suae malam licentiam dandum: „Quia uade, cumgumbe cum talem hominem“, aut si dixerit ad hominem: „Veni et fac cum mulierem meam

carnis comixtionem“, et talem malum factum fuerit, et causam prouatam, quod per ipsum maritum factum sit: ita statuimus, ut illa mulier, qui hoc malum fecerit et consenserit, moriatur secundum anteriorem edicto [*Roth.* 212], quia talem causam nec facere debuit nec celare. Quia si uir eius cum ancillam suam aut cum alia femina adulterassit, mulier ipsa ad palatium et ad iudicis habuit proclamare: ideo tacere hoc nequaquam debuit, quando ei primo fuerat dictum. Propterea, ut diximus, moriatur secundum anteriorem edicti pagina. Ille autem uir eius, qui ei tam malam licentiam dedit aut alteri homeni dixit, et auctoritatem tribuit in mulierem suam talem malum perpetrandum, conponat ad parentis ipsius mulieris suae, tamquam si in scandalum occisa fuisset [*Roth.* 378], quia et ipsa ex peccatis in scandalum cocurrere uisa est, quando ad hoc malum penitrandum accessit; quia in maiorem scandalum currere non potuit, quando se ad mortem traxit. Ideo, ut premisemus, conponat uirigild eius, sicut supra statuimus. Et res eiusdem mulieris, si filiûs habuerit, ipsi habeant; et si filiûs non habuerit, reuertatur ad parentis ipsius mulieris; eo quod credimus, quod talem malum ideo querat miser homo facere, ut ipsam mulierem perdat et res eius habeat. Ille autem homo, qui ipsam mulierem alienam adulterauerit, quamquam cum uiri eius consilium, fiat traditus in manus ad parentis ipsius mulieris, nam non in manu uiri sui, qui talem malum consensit uel consilium inlecitum dedit. Item de causam istam, quae supra premisemus, si consilium aut licentiam data fuerit ad mulierem, et ipsa non consenserit et manifestauerit causam ipsam, et ipsam operam malam facta non fuerit: tunc ipse uir eius, qui ei talem licentiam et consilium dederit, conponat sicut antea in edictum adfiximus, quomodo qui alii malum consilium dat [*Liutpr.* 72], id est solidos quinquaginta, quia adhuc maior malitiam est, quando homo ad mulierem suam inlecitum consilium tribuit, quam si ad alterum hominem malum consilium dedisset.

131. II. Si quis comendauerit res suas in cuiuscumque casam de conlibertos suos, libero hominem, et contegerit

ut adueniens fur res ipsas furauerit, et ipse, in cuius casa ipsas res fuerunt reddederit, aut si non reddederit, tamen reddere debet: et nos ita statuimus et diffinimus, ut qui res alienas comendatas susceperent, et eas perdederit, restituat res ipsas cui fuerent; et si postea ipse furtus inuentus fuerit, ei componat ipse fur, de cuius casam ipsas res rapuit aut furauit. Quia ideo hoc prospeximus, quoniam, si illi componat ipsum furtum, cui res ipsas fuerit, postea ille cuius casam rupit, querat ei ruptura casae suae, et non possumus in unam causam duas calomnias inponere. Ideoque sic nobis iustum fuit, ut ille qui res suas comendauit, recepiat eas ab ipso, de cuius casa perierunt, et ipse de cuius casam perierunt aut ipsum furtum exiuit, querat ad ipsum furonem compositionem, et tollat sicut lex est, et ipse fur, licit malefactor sit, non habeat de una causa duas calomnias.

132. III. Si quis fraudolenter tolerit ancillam alienam et dixerit, quod eam seruus aut haldius ipsius tolissit ad oxorem, et postea ueritas clarifacata fuerit, quod non eam ipse seruus aut haldius tolissit, tunc primum omnium reddat ipsum mancipium, cuius fuit, et sit eius ancillam cuius antea fuerat. Et ille qui hanc fraudem fecerit, dit insuper aliam talem ancillam aut haldianam eidem homini, cui fraudem fecit, et reddat operas de ipsa ancillam, quam fraudolenter tolit, quamdiu eam habuit aput se.

133. III. Si quis liber homo in casam alienam introierit ad resedendum, et ei censum reddendum, et postea aliquid emerit de illis rebus, quas secum adduxit, quando in ipsam casam introibit, aut forsitan habuerit res de mulierem suam et exinde emerit, et prouatum fuerit: tunc ipsum negotium dimittat in ipsam casam et recipiat pretium suum. Et ipsa prouatio in hoc ordinem deueat fieri, ut quando de rebus mulieris suae aliquid comparauerit, adducat homenis qui sciant quod ipsum precium de rebus mulieris suae sit, ut causam ipsam non ueniat ad periurium; sed quando uoluerit iurare de rebus mulieris suae conparationem facta fuisset, et illi testis firmiter sciant et iurent, „quia interfuimus, quando ipsa conparatio de rebus mulieris ipsius

facta est“: et sic postea recipiat pretium suum et ipso negotium remaneat in ipsam casam. Nam si de illo laborem comparauerit, quod postea laborauit, aut fecit posteu in ipsam casam ad censum reddendum introiuit, in ipso cespite dimittat, ubi laborauit. Hoc autem ideo nunc adfiximus, quia tantummodo causa ista in hoc modo semper et antecessorum nostrorum tempore et nostro per cauuarfida sic iudicatam est; nam in edicto scripta non fuit.

134. V. Si homenis in uno uico habitantis aliqua intentionis habuerit de campo aut uinea, prado aut silua, uel de alias res, et collegerent se una pars cum uirtutem et dixerent „quia uuifamus et expellimus eum de ipsum locum per uirtutem foras“, et ambolauerunt, et scandalum ibi comissum fuerit et plagas aut feritas factas uel homo occisus fuerit: ita decernimus, ut plagas et feritas aut hominem mortuum componant secundum anteriorem edicto, quod gloriosus rothari rex [*cap. 43 sqq.*] uel nos [*cap. 20. 62*] instituimus; pro autem inlecita presumptionem de ipsa collectionem componat solidos 20 ad illam partem, qui in campum aut in uitis uel in prado aut in silua suum laborem faciebat. Hoc autem ideo statuimus, ut nullus presumat malas causas in qualiscumque locum excitare aut facere; et non potuimus causam istam adsimilare, neque ad arischild [*cfr. Roth. 19. Liutpr. 35. 141*] neque ad consilium rusticanorum [*Roth. 279*], neque ad rusticanorum seditione [*Roth. 280*]: et plus congruum nobis paruit esse de consilium malum, id est de consilio mortis [*Roth. 11*]. Quia quando se collegunt et super aliis uadunt pro peccatis, ad id ipsum uadunt ut malum faciant, aut si casus euenerit, hominem occidant, et plagas aut feritas faciant: ideo, ut dixemus, adsimilauimus causam istam ad consilium mortis, quod sunt, sicut supra premisemus, solidi uigenti.

135. VI. Adnuntiatum est quidem nobis, quod aliquis peruersus homo, dum se quedam femina in fluuio lauarit, pannus eius, quos ibi habuit, totus tolissit, et ipsa remansissit nuda, et qui ibant et transiebant per locum illum, pro peccatis uedebant turpitudinem eius; ipsa autem in ipso

fluio semper stare non potuebat, reuertere autem ad casam suam nuda erubiscibat. Proinde statuimus, qui talem inlecita presumptionem fecerit, conponat eidem femine, cui talem inlecida presumptionem fecerit, conponat eidem femine, cui talem turpitudinem fecit, ipse uuirigild suum. Ideo hoc dicemus, quia si inuenissit eum aut frater aut uir aut propinquus parentis eiusdem feminae, scandalum cum eum comittere habuit, et qui superare potuissit, unus alterum interficere habuit. Propterea melius est, ut se uiuo conponat uuirigild suum, quam de mortuo crescat faida inter parentis, et conpositio maior.

136. VII. Item adnuntiatum est nobis, quod quidam homo habebat poteum in curtem suam, et secundum consuetudinem furca et tolenum ad auriendum aquam. Veniens autem alter homo stetit sub ipsum tolenum; et cum autem uenissit quidam ad auriendam aquam de ipsum poteum, et incaute ipsum tolenum dimisissit, uenit super eum, qui sub ipso stabat, et mortuos est. Cum autem requisitio eiusdem mortui fuerit, quis eum deberit conponere, et nobis rellatum fuissit: ita nobis et nostris iudicibus rectum paruit esse, ut ipse homo qui ibi mortuos est, quia non fuit animal sed sensum rationalem habuit, sicut homo debet habere, prospicere debuit in qualem locum se ponere ad standum, aut qualem pondus super se habebat. Ideo repotit sibi duas partis pretii de conpositionem suam, et tertiam partem, quantum ipse secundum edicti tinorem adpretiatus fuerit, conponat ille qui ipsam aquam incaute auriebat, et dit eam filiis aut ad propinqui parentis, qui ei heredis existunt, et sit causam finita absque omnem faida uel dolus, quia nolum factum est. Ille autem, cuius ipse poteum fuit, nullam habeat calomnia, quia ei si calomniam ingerimus, postea nullus permittit de poteo suo aqua leuare, et quia omnes homenis poteus habere non possunt, reliquis, qui sunt pauperis, moriuntur, et etiam iterantes necessitatem patiuntur.

137. VIII. Item perlatum est nobis, quod quidam homo praestetissit iumentum suum alteri homeni ad uicturam, et pollenus indomitus secutus fuissit ipsam matrem suam. Dum

autem per uiam ambolarit ille, qui eam ad souecto acceperat, contegit ut infantis in quodam uico stantis ipse pollenus de calcem percussit unum ex ipsis, et mortuos est. Dum autem parentis eius requirerent mortem ipsius infantuli, et nobis retulisset: ita prospeximus cum nostris iudicibus, ut duas partis precii, qualiter ipse infans ualuerit, conponat ille cuius pollenus fuit, tertia conponat ille, cui ipsum iumentum prestitum fuerat. Nam nos scimus, quia in anteriore edicto [*Roth.* 326] legitur: „si cauallus cum calcem damnum fecerit, dominus eius conponat ipsum damnum“: sed quia iste caballus prestitum fuit, et ipse qui eum suscepit in prestitum, rationalem homo fuit, et potuit dicere, si neclitum non habuisset ad ipsum infantem ut se custodiret, ut hoc malum non preueniret. Ideoque pro ipsa necligentiam eius diximus, ut tertiam partem pretii conponat.

138. VIII. Hoc autem rei ueritas peruenit ad nos, quod quidam homo diabolum instigantem dixisset ad seruum alienum: „Veni et occide dominum tuum, et ego tibi facere habeo bonitatem quam uolueris“. Ille autem puer, suasus ab ipso, intrauit in causam ipsam malam, et hisdem qui eum suaserat, in tantam malitiam perductus est, ut aetiam presentaliter dicerit eidem puero: „Feri ipsum dominum tuum“, et ipse ei pro peccatis feritam fecit, et iterum dixit ei: „Feri eum adhuc, nam si non eum ferueris, ego te ferire habeo“. Ipse autem puer conuersus fecit eidem domino suo alteram feritam, et mortuos est. Dum autem requisitio de mortem eius et de conpositionem fierit, uolebat aliquis dicere, quod tantum deuerit conponere his, qui ipsum puerum suasit et in sui presentiam ipsum hominem ferire dixit, quantum edictus anterior contenit de consilio mortis [*Roth.* 11]. Sed nobis et nostris iudicibus hoc nullo modo placuit, quoniam consilium mortis in occulte fiet concinatum, et aliquotiens perficitur, et aliquotiens non perficitur: nam hoc humicidium presentaliter factum est, et nos non dicemus esse consilium, quando homo alteri homini uerbotinus et presentaliter ostenderit et dicat: „Feri hominem istum“. Ideoque, qui talem malum comiserit, et si prouatum fuerit,

non conponat consilium mortis, sed conponat, sicut ~~nos~~ nostro tempore in edictum adfiximus [*cap. 20. 21*], et perdat omnem substantiam suam, et medietatem exinde accipiant heredis defuncti, et mediaetatem curtis regia; excepto illa antiqua conpositionem heredis ipsius, qui occisus est, inantea tollat, sicut in edicto nostro tempore, ut dixemus, est adfixum.

Explicit de anno XXI.

INCIPIIT DE ANNO VICESIMO SECVNDO (*p. Chr. 734*).

Pauca quidem capitula, que nuper exorta sunt et antea minime in edicto adfixa esse reperiabantur, et erat iudicibus nostris dubium ad iudicandum, prospeximus nunc in ipso edicti corpore adnotare et iungere; hoc est diae kalendarum martiarum, ego in dei nomine liutprand rex gentis langobardorum anno deo propitio regni nostri uicesimo secundo indictione secunda.

139. I. Si haldius cuiuscumque haldiam alienam tulerit, aut seruus ancilla, et antequam de ipso coniugio aliquam conuenientia domini eorum inter se faciant, contegerit, ut quispiam miser homo ipsam haldiam aut ancilla, qui est uxor alterius, fornicatus fuerit, ita preuidimus ut ei de ipsa culpa debeat subiacere ille qui hoc malum perpetrauerit, cuius uxorem adulterauit; nam dominus eiusdem mulieris tantum mundium de ea suscipiat, si aldia fuerit, sicut lex est; et si fuerit ancilla, accipiat exinde pretium aut uegariam, sicut conuenerit. Hoc autem ideo prospeximus de uxore de seruo uel aldione, quia si de libero hominem quispiam miser homo mulierem adulterat, ad maritum eius conponit [*Liutpr. 122*], ut etiam non habeat eam mundiatam, nam non ad parentes.

140. II. Si quis homo liber habuerit seruum uel ancillam, haldium aut haldiam coniucatùs, et insticantem inimicum humani generis cum ipsa ancilla, que seruus eius maritum habit, aut cum haldia qui cum haldione eius copulata est, adulterium perpetrauerit: ita statuimus, ut perdat ipsum seruum aut haldionem, cuius uxorem adulterauit, et ipsa mulier insimul, ut uadant liberi et absoluti fulfrealis,

tamquam si thingati fuissent, ubi uoluerint; quia non est placitum deo, ut quileuit homo cum uxore aliena debeat fornicari. Tamen de ipsa libertatem dicimus, quia non possunt sic sine uera absolute ueri liberi esse, nisi sicut edictus continet [*Roth.* 224], aut per thinx, aut circa altare, sicut nos instituimus [*cap.* 9]: ideoque ueniant ad palatio ad nos aut qui pro tempore princeps fuerit terrae istius, eos absoluat et faciat eorum præceptum, et sint postea certissimi liberi et absoluti.

141. III. Relatum est nobis, quod aliqui hominis perfidi et in malitia astuti, dum per se non presumpserunt mano forti aut uiolento ordinem intrare in uicum aut in casam alienam, timentes illam conpositionem que in antiquo [*Roth.* 279. 280] edicto posita est, fecerunt collegere mulieres suas, quascumque habuerunt, liberas et ancillas, et miserunt eas super homines, qui minore habebant uirtute, et adprehendentes hominis de ipso loco, et plagas fecerunt, et reliqua mala uiolento ordine plus crudeliter quam uiri exercuerunt. Dum autem hoc ad nos peruenisset, et ipsi homines pro sua uiolentia, qui minus potebant, interpellabant: ita prospeximus in hoc edicto adfigere, ut si amodo mulieres hoc facere in quaecumque locum presumpserit, primum omnium decernimus, ut si aliqua iniuria aut obprobrium, aut plagas aut feritas, aut mortem ibi acceperint, nihil ad ipsas mulieres aut ad uiros aut ad mundoald earum componant illi, qui se defendendum eis aliqua fecerint lesionem aut internicionem. Insuper et publicus, in quo loco factum fuerit, conprehendat ipsas mulieres, et faciat eas decaluare et frustare per uicos uicinantes ipsius loci, ut de cetero mulieres tale malitia facere non presumant. Et si in ipsa causa feritas aut plagas fecerint ipsae mulieres cuicumque homini, mariti earum componant ipsas plagas aut feritas, quas ipsae fecerunt, secundum edicti tinore. Hoc autem ideo prospeximus tam de disciplina quam de conpositione, quia non potuimus mulierum collectionem ad arschild [*Roth.* 19. *Liutpr.* 35. 134] consimilare, neque ad seditionem rusticanorum [*Roth.* 280], quia istas causas uiri faciunt, nam non mulieres: ideoque sic de ipsis mulie-



ribus faciat, sicut supra statuimus. Si quidem simpliciter in scandalum qualiscumque mulier cucurrerit, et mortem aut plagam aut feritam ibi susceperit, sic ei faciat iustitiam, sicut decessor noster rothari rex instituit [*cap.* 378] et iudicauit.

142. III. Si quis homo sciens haldium aut haldiam suam, seruum uel ancillam, in casam cuiuscumque essit, aut copolatùs aut aliter, et non eum requesierit aut per iudice aut per publico et non eum retulerit, et dimiserit eum aput alterum hominem diutius permanere: non requirat operas eorum, quia sciendum neglexit requirere seruum uel ancilla, haldium uel haldiam suam. Nam si requisauerit dominus eorum, et ille qui eos habuerit, neglexerit redderet, aut antesteteterit, reddat operas eorum sicut lex est [*Roth.* 276. *Liutpr.* 69].

#### INCIPIIT DE ANNO VICESIMO TERTIO (*p. Chr.* 735).

In nomine domini nostri iesu christi ego liutprand excellentissimus christianus atque catholicus rex gentis langobardorum, adiungere praeuidimus una cum iudicibus et fidelibus nostris in edicti pagina, anno regni mei deo propitio uicesimo tertio die kalendarum martiarum indictione tertia, illa capitula, que antea instituta non erat et unde cognouimus esse intentione, ut amodo nulla sit iudicibus nostris, qui iudicare debent, qualiscumque dubietas, sed firmiter possint decernere, sicut hic deo fauente adnotauimus, id est in primis:

143. I. Si cuiuscumque seruus aut ancilla, haldius uel haldia in ecclesiam dei confugium fecerit, et dominus uel patronus eorum aut per se aut per missos suos exinde uiolenter traxerit, conponat uuirigild suum in suprascripta basilica. Et si seruus uel haldius sine uoluntate domini sui hoc malum fecerit, det ipso seruo aut haldionem pro ipso malo in manu de custode ipsius basilicae, et ipse dominus uel patronus satisfaciat, quod per ipsius uolun-

tatem hoc factum non fuisset, et ipsum uuirigild suum non conponat.

144. II. Si quis timorem dei inmemor pro cupiditatem terrena propter qualiscumque rem sciens se periurauerit, et postea sic inuentum et probatum fuerit, quod periurassit, tunc amittat ipsam rem unde periurauit, et habeat eam ipse, cui contra rationem iurauit. Insuper, quia in se ipso, et quod plus est, in deo peccauit, et negauit fidem suam et periurauit, domino deo suo et sibimet ipsi non pepercit, conponat medietatem de uuirigild suo ei, cui periurauit.

145. III. Recolimus enim, qualiter iam antea [*cap. 4*] instituimus ut si quis decidens reliquerit filiam unam aut plures, et sororis in capillo similiter unam aut plures, ut pariter atque equaliter sorores et filiae ei succedere debeant, et si soror in capillo deciderit, soror qui remanserit, similiter sorori suae succedat. Modo uero, quia intentio exorta est inter fratres et sorores de nepte, que in capillo mortua fuerat, altercationem ponentes quis ei succedere deberit, statuimus ut barbas eius, in cuius mundio fuit, ipse ei succedat in eius portione; nam amedanis ipsius de eius portione nihil percipiant, nisi tantum habeant quantum, si uiuens fuisset, ipsa neptis earum.

146. III. Si quis inuenerit libera mulierem aut puellam per campum suum seminatum ambolantem et uiam indicantem, pignerit eam, et parentes aut mundoald eius conponant pro ipsa solidos sex sicut lex est [*Roth. 357*]; nam si ipsa comprehendere presumpserit et ad casam suam legatam aut submanicatam duxerit, conponat solidos centum, medietatem regi et medietatem cuius causa est; sic tamen ut conpositio illa de sex solidis in ipsa conpositione conputetur. Et si pulsatus fuerit ille, in cuius mundio fuerit mulier aut puella, quod asto et iniquo animo feminam ipsam ambulare per laborem alterius fecissit, ut ei conponerit: tunc preueat sacramentum, quod cupiditatem habendum de conpositionem ipsam asto animo per laborem ipsius ipsa femina non ambulassit, nec damnum asto faciendum. Et si iurauerit, tunc ipse qui eam comprehendere presumpserit, conponat

solidos centum ut supra; et si iurare non praesumpserit, parentes aut mundoald ipsius feminae, ut supra dictum est, conponant solidos sex pro uia indicata, sicut supra diximus, et ille qui comprehensit, sit solutus.

147. V. Si cuiuscumque seruus aut haldius, ancilla uel haldia in furto comprehinsi fuerint, et dominus eorum neglexerit eos liberare, et usque ad dies triginta eos dimiserit: sint figanges, et habeat eos sibi in transacto, cui furtum fecit, et postea ipsum furtum ei conponat, sicut lex est et edictus continet [*Roth.* 253—276. 281—299].

148. VI. Si quis ex sua auctoritate terra aliena sini puplico uifauerit, dicendo quod sua debeat esse, et postea non potuerit prouare quod sua sit, conponat solidos sex, quomodo qui palo in terra aliena figit [*Liutpr.* 47].

149. VII. Item de infantibus, qui intra etatem sunt et necessitate maiore habent, et a fame moriuntur, comparuit nobis, ut dum tempus famis fuerit, licentiam habeat cum misso principis aut cum iudici suo de terra aut de rebus suis uindere, qualiter uiuere possit, in tantum ut se de ipsa famen liberare possit, ut non moriantur. Quidem et hoc ipso iudex de loco illo debeat prouidere, si certe pro ipsa necessitate famis fecit, et sic in eius presentia fiat, ut deum habeat propitium; et si aliter fecerit, deum habeat iudicem. Et in cartola indicit, quia pro famis necessitate ista uinditio facta est; et qui actum commissum habuerit, non presumat de ipsis infantibus emere. Et dum tempus famis exierit, tunc ipsi infantes secundum anteriore edicto [*Liutpr.* 19. 58] distribuant res aut substantiam suam, non aliter; quia istam licentiam pro sola necessitate dedimus, nam non, quod absit, anteriore edicto conrumpendum.

150. VIII. Si quis fossatum in uiam fecerit, et ipso loco suo prouare non potuerit, conponat solidos sex, et ipsum fossatum restaurit, et damnum si in uitis aut in arboris ipsum fossatum cauandum fecit, conponat sicut anterior edictus continet [*Roth.* 294. 300. *cfr.* *Liutpr.* 46].

151. IX. Si quis porcûs in silua alienam diffensam miserit, sicut edictus anterior habet, hoc est usque ad decem

porcûs, et occiserit porco uno, sic sit sicut anterior edictus continet [*Roth.* 349. 350]. Si quidem tantum decem inuenerit et plus occiserit quam edictus habet, componat eum in actogild, sicut qui malo ordine res alienas tollit. Nam si ille homo qui ipsos porcos habet, amplius miserit asto animo suos aut alienûs in defensum quam edictus habet, et ille cuius silua est occiserit ex ipsos plus quam edictus continet, non requirantur. Et si ille, qui porcûs miserit, iurare presumpserit, quod asto non misisset, nisi sine uoluntatem ipsius domini, reddat ille, qui occisit, ipsos porcûs ferquidûs; et si de pastore suo similiter iurauerit, similiter reddantur. Nam si de pastores de asto iurare non presumpserit, medietate reddantur, et medietatem repotit sibi, quia seruum habuit indisciplinatum.

152. X. Si quicumque homo qui est prodicus aut naufracus, qui uendederit aut dissipauerit substantiam suam et non habet unde compositionem faciat, et fecerit furtum aut adulterium aut scandalum, et placas alio homine intulerit, et fuerit ipsa compositio ualente uiginti solidi aut supra: dare eum debeat publicus in manu eius, cui istas causas inleceitas fecit, et ipse eum habeat pro seruo. Si autem minus de uiginti solidis fuerit ipsa compositio, sicut solit fieri usque ad sex aut duodecim solidos, tunc debeat eum publicus dare in manum eius, cui tale culpa fecerit, pro seruo in eo ordine, ut seruiat ei tantos annos, ut ipsa culpa redimere possit, et uadat postea ubi uoluerit absolutus.

153. XI. Si quis langobardus uxorem habens filiûs aut filias procreauerit, et postea inspirationem dei compulsus clericus effectus fuerit, tunc filii aut filiae qui ante eius conuersionem nati fuerint, ipsam legem uiuant, quam ille uiuebat, quando eos genuit, et causam suam per ipsam legem finire debeant.

Explicit edictum domno Liutprand.

## [CAPITVLA EXTRA EDICTVM VAGANTIA.]

[I. GRIMVALDI SIVE LIVTPRANDI MEMORATORIVM DE MERCEDIBVS MAGISTRI COMMACINORVM.<sup>1)</sup>]

- I. De sala.
- II. De muro.
- III. De muro albato.
- IV. De maceria.
- V. De anona commacinorum.
- VI. De caminata.
- VII. De marmorariis.
- VIII. De puteo.

## ITEM MEMORATORIO DE MERCEDES COMACINORVM.

I. Si sala fecerit, reputet tegulas in solido uno numero sexcentos; si in solario, tegulas trecentas per solidum unum uestitum: quia quindecim tegulas uiginti pedes lebant.

II. Si uero murum fecerit qui usque ad pedem unum sit grossus, duplicentur mercedes, et usque ad quinque pedes subquinetur; et de ipso muro uadant per solidum unum pedes ducenti uiginti quinque. Si uero macinam mutauerit, det pedes centum octaginta in solidum unum, usque ad pedes quinque sursum, in longitudinem uero ter quinos per tremisse.

<sup>1)</sup> *Magistri commacini siue commacinorum homines liberi erant, qui opera pro certa mercede facienda conducebant. Roth. 144. 145. Diploma a. 739 (Brunetti cod. p. 496): „constat me rodpertu magistrum commacinu uendidisse.“ Ipsa autem mercedes non semper mera pecunia (solidis uel tremissibus) constabat; nam interdum etiam ciborum copia magistro ministrabatur pro certo pretio, tum praesertim, cum magna hominum copia in locis remotis opus erat, u. c. in uillis regalibus uel castellis construendis; quo casu solidus uestitus appellari solebat. Unde conicere licet, totum memoratorium ad publica tantum siue regalia opera pertinuisse. — Diuersis autem regibus hoc memoratorium adscriptum inuenitur; nam in cod. Eporediano et Guelferbytani loco primo (fol. 32) inter Grimoaldi leges habetur, aliis quinque locis (Guelf. loco secundo fol. 56, Paris. Matrit. Cauensi et Gothano codice) Liutprando tribuitur.*

III. Similiter si murum dealbauerit, sexcenti pedes uadat per solidum unum. Et si cum axibus clauerit et opera gallica<sup>1</sup> fecerit, mille quingenti pedes in solido uestito uadant. Et si arcum uolserit, pedes duodecim uadant in solidum unum.

IV. Si uero materias cappelauerit maiores minores, capita uiginti per tremisse uadant; cum armaturas uero et brachiolas quinque ponantur pro uno materio.

V. De annona commacinorum. Tollant magistri annonam per tremisse uno, segale modia tria, lardo libras decem, uinum urna una, legumen sextaria quattuor, sale sextario uno, et in mercedes suas repotent.

De opera. Similiter romanense si fecerit, sic repotet sicut gallica opera, mille quingentos pedes in solido uno. Et scias quia ubi una tegula ponitur, quindecim scindolas lebant; quia centum quinquaginta tegulas duo milia quingentas scindolas leuant. Et si massa fundederit, sexcenti pedes per solido uno.

VI. De eaminata. Si quis magistri caminatam fecerit, tollant per unam tremissem unum. Et si abietarii cancellas fecerit, per solidos uno uadant pedes duodecim. Si uero peuma fecerint, quantos pedes habent tantas siliquas lebant. Et si carolas fecerit cum gipso, det per tremisse carolas quattuor: annonas ei non repotetur.

VII. De marmorarios. Si quis axes marmoreas fecerit, det per solido uno pedes XV. Et si columnas fecerit de pedes quaternos aut quinos, det per tremisse columnas tres: annonas ei non reputetur.

De furnum. Si uero furno in pensile<sup>2</sup> cum caccabos fecerit et postes tres aut quattuor habuerit, et cum pineam suam leuauerit caccabos ducenti quinquaginta, ita ut pinea ipsa habeat caccabos uiginti quinque, exinde tollat tremisse uno; et si quingentos caccabos habuerit, habeat duos tremisses; et si mille fuerint caccabi, tollat exinde mercedes tremisses quattuor.

<sup>1</sup>) commalica *cod. Epor.*; comalica *cod. Guelf. a*; cumaliga *cod. Goth.*  
Sed uide cap. 6.    <sup>2</sup>) pisile *codd. Guelf. b, Paris. Matr. Cau.*

VIII. De puteum. Si quis puteum fecerit ad pedes centum, tollat exinde solidos XX; annonas ei non reputetur. Puteus autem de pedes XXXV, solidos quattuor; puteus uero de pedes uiginti sex, solidos tres; puteus autem de pedes duodecim, solidum unum: annonas ei non reputetur.

[II. NOTITIA DE ACTORIBVS REGIS, p. Chr. 733.]

1. In nomine domini noditia, qualiter iubet domnus rex ad omnis actores suos, qui curtis eius comissas habent: id est in primis de illò, quod iam nostrum tempore inpuplicatum est, ut iurent unusquisque actor et dicat per euangelium, „quia quodcumque cognouero quod contra rationem alequid tultum est, facio exinde noditiam domno regi, ut relaxetur“; sic tamen, ut dicat in ipso sacramentum, quod non consentiendum ad amicum, non ad parentem, non ad premium corruptus, nisi quod certo sciat, quod contra rationem tultum erit: et cum nobis paruerit, recensitum per nostram iussionem relaxetur.

2. Item unde antea iussemus [*cap.* 78] per sexaginta annùs inquirere possessio de pigunia puplicam, pro eo quod peccatis imminentibus de sexaginta annis aliquis non memorat, et pauci inueniuntur, qui tantùs annùs habeat: ita statuimus, ut excepto quod iam per notitiam inpubligatum est, ut actor qui bene certus est, quod intra 30 annos aliqua inuasatio aut fraus in pecuniam puplica peractum est, ipsum requirat et adducat ad nostram noditiam; sic tamen ut antea non presumat uiifare aut pignerare, quia nos uolumus ista causa per nosmed ipsùs audire et secundum deum ordinare; quia apparuit nobis, quod si nos ipsa causa audierimus, deo fabentem sine peccatum eam inquirere habemus, et sic ordinare ut mercedem habeamus; quia iudices nostri neque arimannos nec actoris nostri possunt sic disciplina distringere, sicut nos. Quod autem prouatum est, qui per triginta annos aut super, cuiuscumque possessionem fuit, et amodo habeat, ut nullus actor eo presumat nec uiifare nec molestare; et qui presumpserit, conponat ipse actor uuidrigild suum; excepto

unde preceptum falsum inueniatur, quod aperta causa est ad requirendum<sup>1</sup>.

. . . . .

3. Si quis seruus noster occisus fuerit, duas partis de ipsa conpositionem tollat curtis nostra, et tertiam pars parentis ipsius serui nostri defuncti, sicut superius diximus<sup>2</sup>. Hoc autem in diebus nostris et in tempore regni nostri statuimus, quamuis lex nostra non sit: post autem nostrum decessum, qui pro tempore princeps fuerit, faciat sicut ei deus inspirauerit aut rectum sicut secundum animam suam preuiderit. Quia non semel, sed multotiens cognouimus ubi talis causam emergerit, quoniam nec in rebus publicis, nec nulla rationem palatii profuerit, quod exinde actoris nostri tollerunt; et insuper inuenimus et cognouimus multos actores nostros, qui tollebant de singulis unde decem solidos, unde sex, unde amplius, et dabant talem spatium atque tranquillum, donec ipse qui homicidium faciebat obsegrare potuisset, ut exinde nihil daret. Proindeque preuidimus statuere: curtis nostra medietatem de aldiones et duas partes de seruos, sicut super<sup>3</sup> diximus, habeat, et relinqua parte ipsi parentis propinqui, ut unde habent dolore, habeant in aliquo propter mercedem consolationem.

4. Propter deum et eius misericordia precipimus atque statuimus sola pietatis causa, ut si aldius noster occisus fuerit, medietatem de ipsa conpositionem tollat curte nostra, et medietatem parentes ipsius defuncti, si uiuo patrem habuerit aldione nostro, sibe matrem, sibe fratres, sibe filii.

. . . . .

5. Oc precipimus, ut nullus presumat nec da seruo nec da aldione nostro aliquid emere<sup>4</sup>; quia pro cautella et futuris temporibus per omnes curtes nostras brebi facimus de omni territoria de ipsas curtes pertinentes. Vnde precipimus, ut qui amodo inuentus fuerit de seruo aut de aldionem uel a pertinente de curte nostra aliquid emere, ipsum perdere habet, sicut qui res alienas malo ordinem inuadit. Et si

<sup>1</sup>) *cfr. Liutpr. c. 115.*    <sup>2</sup>) *Haec dicta non extant.*    <sup>3</sup>) *Immo infra cap. 4, et de solis aldionibus.*    <sup>4</sup>) *cfr. Liutpr. c. 78 ff.*



actor consenserit aut conscius fuerit, res eius tollere et inpublicare faciat. Quia debet omnis homo considerare propter deum et animam suam, quoniam nos illum relaxauimus a liuero eremmanos<sup>1</sup>, quod nobis in curtes nostras secundum antiquo edicto<sup>2</sup> legibus pertinebat; quoniam qui unam filiam relinquebat, tantum in tertiam pars substantiae patri suo succedebat, et duas in publico reuertebant, si propinquos parentes non habebat; et si duas filias habebat aliquis aut amplius, in medietatem tanto succedebant patri suo, et publicus in medietatem: et ecce nos modo omnia de talibus causis propter deum et mercedem anime mee relaxauimus. Proinde unicuique debet sufficere sua substantiam, et non debet cupiditatem habere contra rationem comparandum da seruo aut de aldionem uel a pertinente nostro. Vnde qui hoc facere presumpserit, componere habet sicut scriptum est; insuper in periurii reatum nobis comparuit pertinere, eo quod nobis iuratum habet quod nobis fidelis sit; et qualis fidelitas est, dum ille cum iudicis aut actorem aut aldionem uel seruo concludium facit, et res nostra contra nostram uoluntatem inuadit? Quia hoc statutum est in edictum<sup>3</sup>, ut qui de serbo aut aldionem comparauerit, perdat pretium; et quale legem unus quis langubardus sibi habere uult, talem debet curtem nostram conseruare. Et quis modo comparauit aut infiduciabit, perdat pretium suum secundum edicti tinore; qui uero hoc modo facere presumpserit, et pretium perdat, et sicut qui res aliena malo ordine inuadit nesciente domino, componat. Actor uero admittat substantiam suam, qui hoc consenserit, sicut superius legitur. Nam si nos relaxauimus, unusquisque habere debeat, cui preceptum fecimus aut fecerimus.

---

6. Et hoc enim statuemus, ut nullus iudex neque actor aut qui super furonis erit nuscuntur, non presumat seruum aut aldionem alterius comprehendere pro furto aut alia culpa . . . . .

<sup>1</sup>) *h. e. illam partem hereditatis quae filiabus arimannorum auferebatur.*

<sup>2</sup>) *Roth. 158 . . . 160. 171. 225.*      <sup>3</sup>) *Roth. 233 . . . 235.*

**INCIPIT LEGES QVAS DOMNVS RATCHIS  
REX INSTITVIT.**

[I.] IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, QVALITER IVXTA DEVM ET ANIMAE NOSTRAE SALVTEM ET OMNIVM NOSTRORVM RECTVM NOBIS PARVIT ESSE VNA CVM NOSTRIS IVDICIBVS, VT HOMINES POTENTES ET PAVPERES QVI SVAM QVAERVNT IVSTITIAM MINIME FATIGENTVR (p. Chr. 745 uel 746).

1. Ut unusquisque iudex in suam ciuitatem debeat cottidie in iudicium residere, et non adtendat ad emulationem suam aut aliam saeculi uanitatem, sed per semetipsum resedeat et omnibus iustitiam conseruet, ita ut de nullo homine premium accipiat, sicut iam per manum scriptam nobis promiserunt; qui aliter iudicauerit iudicatum suum amittat. Sed si quis iudex amodo neglexerit arimanno suo, diuiti aut pauperi, uel cuicumque homini iustitiam iudicare, amittere debeat honorem suum, et conponat in palatio regis uuidrigild suum, et illi conponere debeat, qualiter edicti continet pagina, cui iustitiam iudicare neglexerit. Quoniam iam teste deo dicimus, quia nec alicubi uel ad orationem possumus exire aut ubicumque caballicare, propter reclamaciones multorum hominum. Ideo hoc statuimus et uolumus, ut omnis iudex hoc faciat, ut in dei non perueniamus offensa. Et ipsi iudices uolumus ut in eo tinore precipiant ad sculdahis suos, aut ad centinos, aut ad locopositos, uel quos sub se habent ordinatos, ut et ipsi similiter faciant, et promittant ad iudice suo, sicut et ipsi iudices nobis promiserunt, ut sit nobis et illis tranquillitas et mercedes in anima. Nam qui a presente die Kalendarum Martiarum ea quae superius legitur non conseruauerit aut non compleuerit, et tantas reclamaciones ad nos uenerint, primo omnium, de cuius iudicialia ipse homo iustitiam non habuerit et ad nos uenerit, sciat se, quia de ipso honore

eum expellimus, et per nullos patronos poterit obtinere ut honorem suum non amittat, et nobis et illis non conponat, cui iustitiam facere neglexit, sicut supra statuimus. Quia cognoscimus eum nec dei nec nostrum esse fidelem, nec pro saluationem terrae istius decertare, sed, ut diximus, contra deum quaerit agere et contra nos.

2. Si quis uero arimannus aut quislibet homo ad iudicem suum prius non ambulauerit, et iudicium de iudice suo non susceperit, et post iustitiam suam receptam sic uenerit ad nos proclamare: conponat ad ipsum iudicem suum solidos quinquaginta. Propterea precepimus omnibus, ut debeat reuertere unusquisque causam habentem ad ciuitatem suam ad iudicem suum, et nuntiare debeat causam suam iudici suo; et si iustitiam non receperit, tunc ueniat ad nostram presentiam. Nam si quis uenire antea presumpserit, priusquam ad iudicem suum uadat, qui habuerit unde conponere, solidos quinquaginta; et qui non habuerit unde conpositionem faciat, iuuenus ut eum fustetur. Ideo uolumus ut uadat unusquisque ad iudicem suum, et percipiat iudicium qualiter lex fuerit.

3. Et hoc uolumus, ut nullus homo presumat causa alterius ad dicendum supprehendere aut causare, nisi cum notitia de iudice suo, causam de uidua aut de orphano dicendum. Nam qui, ut diximus, de conliberto suo causa supprehendere aut causare presumpserit, conponat uuidrigild suum, medietatem regi et medietatem iudici suo. Et si iudex, qui fuerit ante quem causa altercatur, hoc fieri permiserit aut consenserit, conponat regi uuidrigild suum.

4. Haec itaque uolumus et statuimus, ut unusquisque arimannus, quando cum iudicem suum caballicauerit, unusquisque per semetipsum debeat portare scutum et lanceam, et sic post ipsum caballicet. Et si ad palatium cum iudicem suum uenerit, similiter faciat. Hoc autem ideo uolumus ut fieri debeat, quia incertus est homo quid ei superueniat, aut quale mandatum suscipiat de nos aut de terra istius, ubi oportet fieri caballicatio. Si quis uero aliter facere presumpserit, conponat iudici suo solidos uiginti; et[si] iudex

ille, cuius arimannus hoc distulerit implere, non distrinxerit, sicut supra diximus, componat uuidrigild suum in palatio regis. De ferratura quidem et aliis armis uel caballis ita fieri debeat, sicut iam antea per nostram iussionem precepimus.

[II.] INCIPIT PROLOGVS DOMNI RATCHISI  
REGIS (p. Chr. a. 746).

Christi iesu et saluatoris nostri adsidue nos conuenit precepta conplere, cuius prouidentia ad regiminis culmen peruenimus: ipsius auxiliante misericordia ea que genti nobis commissae conueniunt, id est catholice et deo dilecte langobardorum, statuenda preuidimus. Quoniam gloriosissimus ac precelsus rothari rex, huius gentis langobardorum princeps, sibi deo inspirante leges inseruit atque innouauit, et omnes intentiones et dissensiones malorum regali studio resecauit; quidem et statuit, ut cuncti successores eius, que sibi deo inspirante aspera et dura cognoscerent, illi ad mollitiem et pietatis perducerent gratiam. Deinde successor eius grimouald precellentissimus rex, dum studiose atque uigilanter singulorum consideraret necessitates, que illi melius conplacuerunt, ad cultum salutis augendam minuendumque adiunxit. Post hunc uero gloriosissimus et orthodoxus fidei cultor atque huius gentis gubernator et noster per dei omnipotentis misericordiam nutritor, liutprand eximius et precelsus hac sapientissimus princeps, persistens in dei operibus et cotidianis uigiliis, omni pudicitia et sobrietate ornatus, sicut a deo promeruit per ipsius inspirationem omnia decenter elicuit et in edicti pagina cum suis langobardis ac iudicibus confirmauit. Idcirco per redemptoris nostri prouidentiam ego diuino auxilio ratchis, precellentissimus et eximius princeps, anno regni mei secundo, die kalendarnm martiarum indictione quarta decima, dum cum gentis nostrae, id est langobardorum, iudicibus, tam de austriæ, quam et de neustriæ uel tusciæ finibus uniuersa, quae a decessoribus nostris statuta sunt, sollicite considerassem, quaedam ibi iusta et quaedam purganda esse inuenimus. Quia dum prauis homines ea quae ad dominum

pertenent, non considerant, magis huius saeculi lucrum, quam animarum suarum remedium intendunt, et per humanam astutiam debiles et egenos opprimere non desistunt; quoniam peccatis facientibus multos homines neglegenter et humana cupiditate compulsos in periurio cadere cognouimus, eo quod gloriosus rothari rex in edicti pagina [*cap.* 366] statuerat, inter creditorem et debitorem seu fideiussorem intentione orta, quo tinore uadia dedisset, et debitor statutae causae tinore negauerit, licentiam ei esset aut per sagramento aut per sagramento aut per arma ipso tinore negare. Sed nobis et nostris iudicibus atque langobardis adstantibus iustum comparuit, ut hoc periurium fieret resecatum.

Explicit prologus.

#### INCIPIIT EDICTI CAPITVLA.

1. Ut unusquisque iudex in sua ciuitate debeat cotidie in iudicium resideret.
2. De gadia que amodo datur.
3. De liberis feminis, qui seruos tollit.
4. De his qui ad palatium proclamandum de libertate sua ueniunt.
5. De carta uenditionis, unde naufragium fit.
6. De iudicibus uel reliquos homines qui mandatum faciunt.
7. De homines qui per singulas ciuitates zabas et adunationes faciunt.
8. De homines qui sine iussione regis aut iudici causa alterius agere presumit.
9. De homines qui secreta regis inuestigauerit.
10. De arimanno qui ad iudicem suum prius non ambulauerit quam ad palatium.
11. De arimanno quomodo cum iudice suo caballicare debeat.

#### INCIPIIT TEXTVM LEGIS RACHIS REGIS.

5. I. Si quis amodo in presentia regis uel iudicis seu liberorum hominum qualecumque modo uadia dederit, et postea negare uoluerit ille, qui uadia dedit, quod in tali tinore uadia non dedisset, sicut ille qui uadia suscepit que-

ritur: si fuerit inter hominis liberi, quorum fides amittitur, non habeat licentia iurare, quod in tali timore uuadia non dedisset; nisi qualiter iudex qui iudicauit se rememorauerit, uel homines qui interfuerunt quando ipsa uuadia dedit, testificauerint, in tali conpleat, et in eorum testimonium credant. Quia si stantia<sup>1</sup>, quam ante liberos hominis aliquis facit, stare debet: quanto magis ea causa, que per uuadia firmatur, et hominis liberi intersunt, negare nihilominus conuenit. Si uero tales hominis inter non fuerint, quorum amittitur fides, quando ipsa uuadia data fuerit, tunc exinde procedat iudicium, sicut ad ipsum rotharene regem est institutum<sup>2</sup>.

6. II. Reminiscimus enim, quia anterior edictus<sup>3</sup> continere dignoscitur de liberis feminis, qui seruis copulantur, ut quandoque inuenti essent, in seruitio reducerentur. Sed quia grimouald<sup>4</sup> rex instituit de his qui per triginta annos in libertatem uiuerent, ut in seruitio non replicarentur, tamen quia curtes regia possessio non impedit, nisi per sexaginta annorum curricula, sicut domnus liutprand rex<sup>5</sup> instituit, ideo definiuimus: si quae feminae admodum inuentae fuerint, que sibi serui copulauerunt et per sexaginta annos in libertatem permanserunt, ipsae aut filii uel filiae earum, aut qui de ipsis procreati inuenti fuerint, nullus eos in seruitio replicare praesumat, sed in libertatem suam permaneant, sicut per sexaginta annos permanserunt. Si autem amodo presumpserit cuiuscumque seruus arimanna ducere uxorem, sic exinde detur iudicium, sicut anterior pagina edictus<sup>6</sup> continetur.

7. III. Si quisquam langobardus qualecumque hominem seruum aut haldionem suum facere uoluerit, et ipse ad palatio uenerit proclamandum, et iussionem regis acceptam ei deportauerit, ut aut ipse iudicet, aut ueniat in presentia regis uel de iudices cum ipso iudicium habendum, et ipse neglexerit, et furore accepto si eum battederit, aut quod absit occiderit, sicut nunc factum ex peccatis esse cognouimus:

<sup>1</sup>) *cfr. Liutpr. 15.*      <sup>2</sup>) *Roth. 366.*      <sup>3</sup>) *Liutpr. 24.*      <sup>4</sup>) *Grim. 2.*  
<sup>5</sup>) *Liutpr. 78.*      <sup>6</sup>) *Roth. 221.*

conponat uuirigild suo in palatio. Et si ipse homo uiuus fuerit, et iam seruus aut haldius sit, perdat eum cum rebus eius, et in libertatem permaneat ipse uel filii ipsius; et si liber fuerit, uuirigild suo conponat regi, si eum battederit, et ei conponat sicut ad liberum hominem. Nam si ipsum occiderit, pro hoc capitulum, sicut supra legitur<sup>1</sup> conponat mortem illius, simul et uuirigild suo regi pro praesumptionem; si uero haldius fuerit aut seruus, perdat filios eius et res ipsius, et conponat in palatium uuirigild suum.

8. III. Omnibus enim pene notum est, quia usque nunc per praua cupiditatem deducebant hominis sacramentum de cartola uinditionis, quae factas erant, et conpellabantur, quod pretium completum non haberent, qui ipsa cartola habebant et res possidebant; et ipsi emptores deducebant sacramentum, quod pretium completum haberent. Quod nobis et nostris iudicibus durum esse conparuit, quia qui pro opinionem suam iurare nolebat, dabat pro sacramentum suum aliquid, et habebat damnietatem sine causa; et naufraci hominis propterea ipsam conpellationem faciebant, ut aliquid eorum pro ipsum sacramentum tollere possint. Ideo decernimus, ut si quis cartola uinditionis alicui de aliqua res fecerit, et ad scriuane publico scripta, uel ad testibus idoneis rouorata fuerit, et tam ipse uinditür, quamque et testes in ipsa cartola subscripserint aut manus posuerint, et manifestauerint in ipsa cartola, quod pretium inter eos statutum suscepisset: si pulsatus fuerit postea emptor, quod pretium ipsum non conplessit, sacramentum exinde non procedat; nisi forte ipse ei per uuadia oblicauit, ipse prendat fideiussorem suum.

9. V. Si quis iudex aut quiscumque homo missum suum diregere presumpserit roma, rauenna, spoleti, beneuento, francia, baioaria, alamannia, ritias aut in auaria sine iussione regis, animae suae incurat periculum, et res eius infiscentur.

10. VI. Cognouimus enim, quod per singulas ciuitatis mali hominis zauas et adunationes contra iudicem suum agendum faciebant. Sed ita statuimus, ut si amodo quiscumque

<sup>1</sup>) *Liutpr.* 20.

homo adunationem cum quattuor uel quinque aut amplius hominis fecerit, dicendo quod uoluntatem iudici suo non faciat quae ille ei recte dixerit, aut ad eius iudicium non uadat, confidens in alicuius patrocínio, et alios circa se adgregare uoluerit ut ipsi similiter faciant, conponat sicut anterior edictus<sup>1</sup> de seditionem contra iudice suo leuatam continere uidetur. Si uero de causa regis aliquid dicere uoluerit, sit ei licentiam ueniendum ad palatium; et si, super quem dixerit, ueritatem adprouauerit, sit condemnatus cui adprouauerit, et suscipiat sententiam secundum qualitatem causae, sicut anterior edictus continet; et si ueritatem adprouare non potuerit, fiat ei datus in manus cum rebus suis, et faciat de eo quod uoluerit. Violentia quidem, si sustinuerit aliquid aut a iudicem suum, aut ab alium hominem, et iudex neglexerit iudicare, forsitan adtenderit ad gasindium, uel ad parentem, aut ad amicum suum, uel ad premium, et legem non iudicauerit: tunc ueniat ad palatio, et reclamit sua uolentia; et si prouatum fuerit, non computetur in adunationem ei qui proclamauit, sed ipse iudex conponat uirigild suum, medietatem regi et medietatem ei cui iustitiam denegauit, et honore suo amittat. Arimannus quidem ille, si mentierit et dolosae hoc dixerit, et si antea uenerit ad palatium, quam ad iudicem suum uadat ad iudicium: si habuerit unde conponere, conponat solidos quinquaginta, medietatem regi et medietatem iudici suo. Et si talis homo fuerit, quod non habuerit unde conponere, suscipiat disciplina, ut ipse emendatus fiat, et alii hoc facere non presumant.

11. VII. Si quis causam alterius agere aut causare presumpserit in presentia regi aut iudici, excepto si rex aut iudex licentiam dederit de uidua aut de orfano aut de tale hominem qui causam suam agere non potit, conponat uirigild suo, medietatem regi et medietatem ei contra quem causauerit. Et si forte aliquis per simplicitatem causam suam agere nescit, ueniat ad palatio, et si rex aut iudex praeuiderit, quod ueritas sit, tunc ei dare debeat hominem, qui causam

<sup>1</sup>) *Liutpr.* 35.



ipsius agat. Nam si iudex hoc consenserit, excepto his capitulis, et non emendauerit, et ipse similiter componat uirigild suum regi. Si enim quicumque liber homo in seruitio de gasindio regis, aut eius fidelis introierit, et iudex, de sub quem fuerit, dolose eum obpremere quesierit, pro eo quod ipse in alterius seruitio introiuit, et per ipsum dolum inlecite ei iudicauerit, et forsitan ab ipso iudice suo iustitia inuenire non potuerit: tunc componat iudex, sicut supra legitur, et ille in cuius obsequio est, habeat licentia causam eius agere, et usque ad legem perducere; sic tamen, ut antea uadat ad iudicium de iudice suo, ut ad ipsum suscipiat iustitiam.

12. VIII. Relatum est nobis, quod sint aliqui prauis hominis, qui submittant in palatio nostro secretum nostrum discendum, ut aut per diligioso, aut per hostiario aut per alios hominis captiosae aut absconsae aliquid inuestigare possint, quidquid nos agamus; et ipsi qui rogantur, quidquid cognoscere possunt eorum, mandant aut annuntiant nostra secreta, et adhuc in extranea prouincia mandatum faciunt. Sed adparit nobis, ut qui tale causa penetrare presumit, non est in fide sua rectus, sed in mali suspicionem manere uidetur. Vnde decreuimus, ut qui in tale causa amodo tentus fuerit, tam qui submittit quamque qui submittitur, animae suae incurrat periculum, et res eius infescentur; quia sicut dicit scripturae<sup>1</sup>: secretum regis abscondere bonum est, opera autem dei reuelare honorificum est.

### [III. RATCHIS REGIS CAPITVLA IN BREVE STATVTA.]

PROLOGVS. Ista, quae superius scripta tenentur, in edictum scribantur, et ista capitula dua de subtus in breue preuidimus statuere.

13. Hoc autem statuere preuidimus, ut marcas nostras christo custodiente sic debeat fieri ordinatas et uigilatas, ut inimici nostri et gentes nostre non possint per eas sculcas

<sup>1</sup>) *Tobias* 12, 7.

mittere aut fugacis exientes suscipere, sed nullus homo per eas introire possit sine signo aut epistola regis. Propterea unusquisque iudex per marcas sibi commissas tale studium et uigilantiam ponere debeat, et per se et per locopositos et clusarios suos, ut nullus homo sine signo aut epistola regis exire possit. Et dum ad ingrediendum uenerint peregrini ad clusas nostras, qui ad romam ambulare disponunt, diligenter debeat eos interrogare unde sint; et si cognoscat, quod simpliciter ueniant, faciat iudex aut clusarius syngraphûs, et mittat in cera et ponat sibi sigillum suum, ut ipsi postea ostendant ipsum signum missis nostris, quos nos ordaenauerimus. Signum post hoc missus nostri faciant eis epistola ad romam ambulandi; et con uenerent da romo, accipiant signo de anolo regis. Si uero cognouerent, quid fraudelenter ueniant per suos missos, eos ad nos diriga, et innotescat nobis causa ipsa. Nam qui ille iudex hoc facere distullerit et, quod absit, forte per ipsius noticia aliquis exierit, sanguinis suo incurrat periculum, et res eius infiscentur. Et si presumpserit iurare, quod sine eius premissu factum fuisset, sit solutus a culpa: pro nilectum tamen, sit se iduniauerit, conponat in palacio uuidricild suum. Et hoc addimus, ut unusquisque iudex ponat sollicitudinem per iudicaria sua in partibus tusscię, ut nullus homo possit sine uoluntate regis uel sigillum aliquid transire; et si inuentum fuerit, quod sine iussione transisset, [uel sigillum aliquid transire] nec edoniauerit, conponat uuidricild suum.

14. De gasindiis quidem nostri ita statuere, ut nullus iudex eos opremere debeant, quoniam nos debemus gasindios nostros defendere. Et si contra lege aliquid faciunt ad arimannano homine, et ad iudice reclamaret suum, iudex aut per epistola aut proprio ore admoneat gasindio nostro, ut iudicet ipse, et ipsum si iudicare non scit, aduocis alios conlibertûs, qui sciunt iudicare, et iudicit causam ipsam per legem et faciat iudicatum suum ut arimannus ipse fatigatus non fiat: nam antequam eum admoneat, sicut dictum est, non per uuifa, non per pigneracionem sine iussione nostra facere quis presummat. Gasindius uero ipse, si distullerit

iudicare, et legem non iudicauerit, (*iud*)ix eum dstringat idem arimanno iusticia faciendo: sit tamen non doloso animo, et ipse gasindius stare debeant in iudicium ipsiuuis iudicii, et ipse iudix amittat iudicatum suum. Si enim postea ei apparuit, quod legibus non iudicasset, ueniat cum ipso iudicato in presencia nostra.

Explicit de domno Ratchis.

## INCIPIIT LEGES QVAS AHISTVLF REX ADIVNCXIT.

1. De donationes illa que facta sunt a rachis regem et tasia coniuge.
2. De his qui loricas habere possit.
3. De negationes.
4. Item de negationes.
5. De clausas disruptas.
6. De negationes et terreno negotio.
7. De iudices qui homines de exercitu dimittunt.
8. De illicita coniunctiones.
9. De furonibus.
10. Si quis moriens et sororem in capillos dimiserit.
11. Si quis langobardus pertinentes suos thingare uoluerit.
12. Si quis in egritudinem res suas ordinauerit.
13. Si quis non habens filium, unam filiam suam meliorare uoluerit.
14. De usufructu uxoris sue.
15. De panarimpha [sic].
16. De conuenientia cum pontificibus uel abbatis.
17. De conparatione ecclesie, qui in mundio palatii est.
18. Si quis res ecclesie possederit.
19. De sacramentum inter iudices uel abbate seu presbyterum ecclesie.
20. De sacramentum cum auctores regis.
21. De pignera hominum, qui in exercitu ambulare debent.
22. Si quis in seruitium cuiuscumque pro bona uoluntate introhierit.

## [I. DE ANNO PRIMO, p. Chr. 750.]

. . . in generatione et tempora antiquorum langobardorum promiserunt, et antiquorum suorum dispositiones usque nunc seruauerunt. Sed modo auxiliante domino nostro iesu christo aistolfus, in ipsius nomine rex gentis langobardorum, traditum nobis a domino populum romanorum, anno regiminis primo, indictione tertia, residente intra ticinum in palatio nostro una cum cunctis iudicibus et langobardis uniuersarum prouinciarum nostrarum: preuidimus enim ut, cum edictus langobardorum antiquorum regum precessorum nostrorum fuerat institutus, paruit in eius uolumine adaugeri et in capitulare affigere die kalendarum martiarum.

1. Primo omnium statuerunt de donationes illas, quae facte sunt a rachis rege et tassia coniuge ipsius, ut omnia illa praecepta quae postea facta sunt, postquam aistolf factus est rex, stare nullatenus debeant, nisi per ahistolfus regem ei denuo, cui donatum est, fuerit concessum.

2. De illos homines qui possunt loriam habere et minime habent, uel minores homines, qui possunt habere cauallum et scutum et lanceam et minime habent, uel illi homines qui non possunt habere nec habent unde congregare, debeant habere scutum et coccura. Et stetit ut ille homo, qui habet septem casas massarias, habeat loriam suam cum reliqua conciatura sua, debeat habere et cauallus; et si super habuerit per isto numero debeat habere caballos et reliqua armatura. Item placuit, ut illi homines, qui non habent casas massarias et habent quadraginta iugis terrae, habeant cauallum et scutum et lanceam; item de minoribus hominibus principi placuit, ut si possunt habere scutum, habeant coccora cum sagittas et arcum.

3. Item de illis hominibus, qui negotiantes sunt et pecunias<sup>1</sup> non habent: qui sunt maiores et potentes, habeant loriam et cauallus, scutum et lanceam; qui sunt sequentes, habeant caballos, scutum et lanceam; et qui sunt minores, habeant coccoras cum sagittas et arcum.

<sup>1</sup>) *i. e. peculium.*

4. Et hoc item de illis hominibus, qui negotium fecerint sine uoluntate regis cum romano homine: si fuerit iudex, qui hoc facere presumpserit, conponat uuidrigild suum et honorem suum amittat; si fuerit arimannus homo, amittat res suas et uadat decaluatus clamandum: „sic patiatur qui contra uoluntatem regis cum romano homine negotium fecerit, quando lites habemus“. Similiter conponat iudex, qui neglectum fecerit ad inquirendum, si ante ad eius notitiam peruenit, quod arimannus eius hoc fecisset, aut alius homo in eius iudicaria, conponat uuidrigild suum, honorem suum non perdat. Et si dixerit ipse iudex, quod ad eius notitiam non uenisset, purificet se ad sancta dei euangelia, quod ad eum non peruenisset.

5. De clusas, qui disruptae sunt, restaurentur et ponant ibi custodiam, ut nec nostri homines possint transire sine uoluntate regis, nec extranei possint introire in prouincia nostra similiter sine uoluntate regis uel iussione. Et in quale clusa inuentus fuerit, tali pena subiaceat clusarius qui custodire neglexit a iudice suo, qualis ipse iudex a rege anteposito, nisi iudex pro utilitate regis miserit missum suum, aut reciperit tantummodo pro causa regis.

6. De nauigio et terreno negotio: ut nullus debeat negotium peragendum ambulare, aut pro quaecumque causa, sine epistola regis aut sine uoluntate iudicis sui; et si hoc fecerit, conponat uuidrigildum suum.

7. De iudicis et sculdahis uel auctores, qui homines potentes dimittunt ad casa seu de exercitu: qui hoc faciunt, conponant sicut edictus continet pagina.

8. De inlicita coniunctione, qui nec unde canones aut edictus habet, esse non possunt copulatûs, placuit idem principi, ut a presente separentur; et quis intra presentem indictionem causam istam de nostris iudices neglexerit ad iudicandum aut distringendum, conponat uuidrigild suum; quia de causa ista apparet nobis et omnibus: qui talia consentiunt, contra deum et animam suam faciunt, et malitia amplius crescit.

9. De furonibus, qui neglexerit inquirere aut sollicitare, uel qui eos transire permittunt foris clusas, ita subiaceat sicut edicti continet pagina, et intra presentem indictionem fiat inquisitio. Et hoc statuimus, ut si comprehensus a quacumque iudice fuerit, et de sub alio iudice collegam suum criminauerit, et ipse iudex qui ipsum furonem comprehensum habet ad alium iudicem mandatum fecerit, et ipse neglexerit eum comprehendere: conponat ipsum furtum cui factum est iudex ipse, eo quod comprehendere neglexit furonem ipsum. Et si seruus cuiuscumque fuerit, faciat scire dominum eius, et ipse dominus eius inquireat seruum suum, et faciat ei iustitiam qui conpellauerit; et si ipse dominus eius neglexerit comprehendere aut inquirere, conponat ipsum furtum cui factum est, eo quod comprehendere neglexit.

[DE ANNO QVINTO, p. Chr. 755.]

#### INCIPIT PROLOGVS.

Quoniam prophetica nos uaticinatio admonet dicens: „Iusta iudicate filii hominum“, et alibi: „Iustitiam discite, qui habitatis terram, quia iustus dominus iustitiam dilexit“, illa nos sedule conuenit sancire, ut et gens nobis commissa in iudicio non grauetur, et omnipotenti deo, cuius opitulatione regnamus, in omnibus placere ualeamus, decessorum nostrorum sequentes exemplum, qui, redemptori omnium saeculorum pleno pectore placere desiderando pro sibi commissae gentis tuitione, ut recto moderamine regeretur, leges inposuerunt. Idcirco ego, in dei omnipotentis auxilio ahistulf, praecellentissimus rex catholicae gentis langobardorum, praecessorum nostrorum omnia instituta perpendens, quedam ibi repperimus non adnexa, de quibus maximus error nostros iudices ad danda iudicia inuoluebat, anno felicissimi regni nostri in dei nomine quinto, die kalendarum martiarum, indictione septima, conuocatis ex diuersis partibus regni nostri pertinentibus iudicibus, communi consilio in edicti

pagina adfigi statuimus, quae praecellentiae nostrae iuxta deum iusta comparuerunt, quatinus iustitia maneat et nostrorum iudicum iudicio omnis obscuritas inluminetur.

10. I. Recolimus enim in anteriore edicti paginam<sup>1</sup> esse insertum, ut si frater decederit absque filiis filiabus, et sorores relinquerit, ipsae ei heredes succederint; nam amedanibus eorum nepotum possessionem capere nullummodo poterant, quia nihil de eisdem amedanibus ipse continetur edictus, nisi aut sorores aut parentes propinqui succedebant; et dum remanebant in capillo in casa inordinate, patientes necessitatem, seruis se copulabant. Ideo deo nobis inspirantem statuere preuidimus, ut si quis langobardus moriens sororem, una aut plures, in capillo in casa reliquerit, et filium unum aut plures, filii ipsius debeant perpensare, qualiter amedanibus eorum absque necessitate uiuere possent secundum qualitatem substantiae suae, ut amedanibus illorum indigentiam non patiatur, neque de uictum, neque de uestimentum, sed nec de obsequio suo. Et si in sacro monasterio sub statuta regula uiuere uoluerit, ab ipsis suis nepotibus ordinentur, ut illis praeuisum fuerit aut conuenerit. Si autem predictus nepotis decesserit absque filiis filiabus aut intestatim, et sorores reliquerit, amedanibus eorum, qui in casa in capillos remanserint, cum ipsas nepotes suas in rebus nepotum et fratrum succedant equaliter, quantaecumque fuerint.

11. II. Anterioris edicti<sup>2</sup> leguntur capitula, ut si quis langobardus pertinentem suum in quarta manum tradiderit et ad se hamund fecerit, aut circa altario deducendum sacerdoti tradiderit, soluti ab omnem conditionem seruitutis permanerint. Sed quoniam peruersi hominis benefactores suos accepta libertatem postponebant, et ipsi eum postmodum retinere nequaquam ualebant, multi hominis timentis ne sui liberti eos postponerent, libertatem eis facere obmittebant. Propterea statuimus, ut si quis langobardus pertinentem suum thingare uoluerit in quarta manum et cartola illi fecerit,

<sup>1</sup>) *Liutpr.* 3.      <sup>2</sup>) *Roth.* 224. *Liutpr.* 23. *cfr. Testamentum Gradonis diaconi, Frisi mem. di Monza* 1794. II, 4...7.

et sibi reseruauerit seruitium ipsius dum aduixerit, et decreuerit, ut post obitum eius liber sit: stabilem debeat permanere secundum textum cartule quam ei fecerit, quia iustum nobis apparuit, ut homo benefactorem suum, uiuente eum, dimittere non debeat. Nam qui in ecclesia liberum dimiserit per manus sacerdotis, sic maneat ei libertas, sicut anterior edictus<sup>1</sup> continet.

12. III. Cognouimus multotiens perfidos homines contra uoluntatem defunctorum suorum parentum agere, dum ipsi pro animabus suis per loca uenerabilia res suas distribuebant, et pertinentibus suis simplicem libertatem cum rebus quibuslibet donabant, et cum ipsis hominibus per astutia agebant, et eos ad suis cespitibus remouentis in suum seruitium replicabant, postmodum libertatem simul et res amittebant. Ideo preuidimus, hanc resecare malitiam, ut uoluntas et ordinatio inpleatur defuncti. Et ita sancimus, ut si quis langobardus per cartola, in sanitatem aut egritudinem suam, res suas ordinauerit, et dixerit eas habere loca uenerabilia, et familias, per que res ipsas excoluntur, liberas esse dixerit, ut in ipsis religiosis locis redditum faciant: secundum ipsius statuta reddant omni in tempore iuxta domini sui preceptionem ipsi et filii filiorum illorum; et sint liberi de suis personis sicut domini eorum instituerint, et ab eius heredibus non replicentur, nec ad suis cespitibus remoueantur, sed ab ipsis locis uenerabilibus defensentur; excepto si sua uoluntate uoluerit exire, licentiam habeat in sua libertate exire, et uiuere ubi uoluerit. Nam si ad finis mortis properauerit, ita ut nec thingare hominem suum possent, neque in manu sacerdotis traderint circa altario liberum dimittendum, propter subitanea morte, et instituerit, ut post eius obitum per manus sacerdotes, qualem designauerit, circa sacro altario deduci debeat: causa miserationis decreuimus, ut sicut dominus eorum preceperit, ita inpleatur, et sacerdotes, quem designauerit, eum absque cuiuscumque contradictionem absoluat, et liber permaneat; quia maxima merces nobis esse uidetur, ut

<sup>1</sup>) *Liutpr.* 9.



de seruitio serui ad libertatem ducantur, eo quod redemptor noster seruus fieri dignatus est, ut nos libertatem donarit. Si uero aliquid ei in ipso exito suo donauerit aut donare preceperit, stabilis ei ipsa donatio permaneat, quia apostolus paulus auctoritas maxime ad domesticos fidei beneficium praestare iubet. Et pro launegild inputetur ei seruitium suum, eo quod seruus non habet, unde aliud launegild ei faciat.

13. III. A nostris decessoribus<sup>1</sup> iam antea est institutum, ut langobardus potestatem habeat filium suum sibi bene seruientem de rebus suis meliorare; de filiabus non contenebatur. Ideo statuimus, ut si duas filias habuerit, et filium non reliquerit, potestas ei sit unam filiam suam, qualem uoluerit, meliorare tertia parte rerum suarum; si tres fuerint quarta, et si amplius fuerint, per hanc rationem computetur.

14. V. Si quis langobardus decidens uxori suae usumfructum de rebus suis iudicare uoluerit, et filius uel filias ex ea reliquerit, non amplius ei pro usumfructum iudicare possit, quam medietatem ex sua substantia super illud, quod ei in morgincap et metam secundum legem datum fuerit. Et si filius aut filias ex alia uxore reliquerit unum aut duos, possit uxori suae tertiam portionem ad usumfructum relinquere; si fuerint tres, quartam partem; si amplius, per eo numero computetur; morgincap et meta, quod ei legibus data est, habeat in antea. Si quidem nupserit postea, aut mortua fuerit, usumfructum in integrum ad heredes reuertatur, de meta uero et morgincap fiat secundum anteriore edictum.

15. VI. Peruenit ad nos, quod dum quidam hominis ad suscipiendum sponsam cuiusdem sponsi cum paranimpha et troctingis ambularent, peruersi hominis aquam sorditam et stercorea super ipsa iactassent. Sed quia cognouimus malum hoc per singula loca fieri, preuidimus, ne pro hac causam scandala uel humicidias surgant, ut si quisquam liber homo talem rem facere temptauerit, componat solidos nonientis, medietatem regi et medietatem ad mundoald eius. Nam si pertinentes hominis hoc fecerint sine uoluntatem

<sup>1</sup>) *Liutpr.* 113.

domini sui, et se dominus eorum per sacramentum purificare ausus fuerit, quod cum eius uoluntatem nec consilio nec consensum factum non fuisset: serui ipsi tradantur in manus mundoald eius, et ipse faciat de eis quod ei placuerit; amplius patronus calomnia non habeat. Et si iurare non presumpserit, conponat, sicut supra legitur, solidos nongentos.

16. VII. Si quis langobardus cum pontificibus, abbatibus, uel custodibus ecclesiarum seu exenodochiorum prepositis de quibuscumque rebus conuenientiam fecerit, et poena inter se partes obligauerint, et heredes uel successoribus suis conligauerint, et idonei hominis interfuerint, non possint postea ab eorum successoribus remoueri, sicut nec remouitur ab eodem langobardo, excepto si poena obligatam conponere uoluerit. Si uero commutationem fecerint de casis terris uel familiis, et fuerint inter missus regis uel pontificis seu iudices aut tales hominis tres, quorum fides ammittitur, et res meliorata ei paruerit tunc, quando ipsa commutatio facta fuerit, quod pars loci religiosi suscipiat, nullo in tempore postea ab eorum successoribus remoueat, sed semper commutatio ipsa firmis permaneat; et si remouere uoluerit, poena inter se conligata conponat pars ipsa, qui remouere uoluerit.

17. VIII. Relatum est nobis, quod nunc usque talis fuisset consuetudo, ut monasteria uel reliqua loca uenerabilia, que in defensione sacri palatii esse noscuntur, compositione dubla exegissent ab hominibus, qui in ipsa uenerabilia loca conponere deuebant, sicut curtis regia exegere uidetur. Nunc autem statuimus, ut monasteria, baselica uel exenodochia que ad palatii defensione esse uidentur, si compositionem exegere debuerint, non exegant sicut de causa regia dublum, nisi sicut alia uenerabilia loca exegunt, que ad palatio non perteneunt.

18. VIII. Si quis langobardus quaecumque rem possiderit, et custodes locorum uenerabilium de ipsis rebus eum molestauerit, et ipse possessionem suam de triginta annis consignauerit, et eius claruerit possessio, possedeat et inantea.

Similiter et uenerabilia loca faciant de rebus, que ipsa possedunt, si a langobardis fuerint pulsati. Quia anterior edictus<sup>1</sup> continet de quinque annorum possessionem, ut qui possederit per quinque annos in faciae eius qui pulsauerit, ipse se secundum legem defendat, et loca uenerabilia inter se de rebus quibuslebit quadraginta annorum possessio excluditur: ideo iustum diximus, ut qui per triginta annos possederit, possedeat et inantea.

19. X. Si quis langobardus causam habuerit cum locis uenerabilibus que ad defensione palatii esse noscuntur, si fuerit causa unde sacramentum debeat procedere: si iudex abbatem, custodem uel prepositum pulsauerit, ipse ei satisfaciat; si autem abbas, custos aut prepositus iudicem pulsauerit et sacramentum datum fieri debeat, ipse iudex iterum ei sacramentum deducat. Si uero alter langobardus habuerit causam cum abbatibus unde sacramentum deductum fieri debeat, anteponatur abbas ipse solus: nam alijs quales elegerit, quanti secundum legem iurare debuerint, sacramentum deducant; ita tamen ut ipse abbas talis sit, qui per regula secundum deum uiuat, et subiectos monachos usque quinquaginta et amplius, qui cum eo regulariter uiuant. Si quidem cum alio custodem uel prepositum de locis uenerabilibus causam habuerit, ipse custodis uel prepositi sacramentum deducant.

20. XI. Si quis cum curte regis causam habuerit, et euenerit ut pars curtis regis sacramentum deducere debeat: si maior causa fuerit, per sacramentum ouescarioni cum actoribus finiatur; si uero minor fuerit causam, actor de loco cum actoribus secundum qualitatem causae sacramentum persoluant.

21. XII. Et hoc definimus, ut postquam iussio regis fuerit in exercitum ambulandum, et constitutum positum<sup>2</sup> ad mouitionem faciendam, nullus presumat fideiussorem aut debitorem pro quacumque causa pignerare, si de una iudicaria fuerit, ad dies duodecim antequam exeat ad exercitandum,

<sup>1</sup>) *Roth.* 228.      <sup>2</sup>) *Liutpr.* 27.

sed sit quietus ad duodecim dies antea et duodecim dies postea, postquam de exercitum fuerit reuersus. Si autem de aliis iudicariis fuerit, similiter sit spatium ad dies uiginti. Nam si quis intra ista spatia pignerauerit, componat pignera ipsa, sicut qui contra rationem<sup>1</sup> pignus abstulerit.

22. XIII. Si quiscumque homo pro bonitatem suam introierit in seruitio de iudicem aut de alio hominem, et deseruerit ei uel ad filiùs aut ad nepotes ipsius, et claruerit ueritas, quod parentes eius omnis liberi fuissent, et postea eum in seruitio detinere uoluerit, dicendo quod per triginta annos ei uel parentes eius deseruisset, non possit eum per ista possessionem tenere; quia impossibile est, et contra dei preceptum, dum omnis eius parentes liberi essent, ut ipse solus, qui uoluntariae deseruiuit, in seruitio deteneatur pro sola possessione. Nam si pro furto aut pro alia malitia, sicut edictus contenit<sup>2</sup>, ad deseruiendum in manus datus fuerit, et prouatum fuerit, deseruiat. Si uero eius parentes pertinentes fuerint, et ipse solus ad libertatem tendere uoluerit, si ipse libertatem suam edoniare per cartola aut per hominis liberos uel possessionem iuxta legem non potuerit, deseruiat et inantea.

## [PRINCIPVM BENEVENTI LEGES ET PACTA.]

### INCIPIT CAPITVLA DOMNI AREGIS PRINCIPIS.

1. Si quis hominem pauper absque parentibus, nichil etiam.
2. Si quis germanum alterum germanum aborta litate.
3. Si quis filium post mortem patris eius pulsauerit, ut assolet.
4. Si quis occiderit monachum uel presbyterum aut diaconem.
5. Si pater filiae non habentis germanum, aut germanus.

<sup>1</sup>) *Roth.* 246. 248 . . . 252.

<sup>2</sup>) *Liutpr.* 80. 152.

6. Si liber homo habens uxorem liberam, nichilque proprium possidens.
7. Vt adolescentem ante 10 et octo annos.
8. Nullus homo habens uxor legitimam filiis, uel filiabus.
9. Si quis libertorum seu libertinorum ostenderit praeceptum.
10. Vt primi haeredes obligationem uel debita propinquo.
11. Si quis silua propria plaustrum inuenerit.
12. Si quis cuiuslibet homo filia uel soror aut qualibet.
13. Si quis hominum furtiuam arte uel quolibet modo.
14. Quaecumque mulier propria res habens morte mariti.
15. Si quis terra uel mancipium per 30 annorum circulo.
16. Si quispiam rem propriam inspiratus pro anima sua.
17. Si quis absque permissum pontificis uel custodum.

1. Si quis homo pauper absque parentibus, nichil etiam habens, ex quocumque negotium secundum legem potenti homini iuratus fuerit, ita decernimus, ut solus praeueto sacramentum; quin etiam modo simili potens iuramentum, quando ei contigerit, pauperi singulari exhibeat. Si uero pauper aliquantula substantiola habuerit, cum quinque secum iuret, similiter et hoc quinario numero potens pauperi satisfaciat.

2. Si germanus alterum germanum aborta lite primum percusserit, posteaque cussus dolore stimulatus se defendendo percussorem occiderit, hoc itaque censimus, ut iusta personae interfecti qualitate<sup>1</sup> talem fratricidium componatur.

3. Si quis filium post mortem patris eius pulsauerit, ut asolet, dicendo quod ei aliquid praemii nomine pro qualibet causam dedisset, aut forsitan dum pater eius adiuueret per uim aliquid attulisset, de his praepositis causis ostensio dumtaxat fieri non potest, necnon et ipse filius responderit, nequaquam talia scisset; idcirco iuratus dicat<sup>2</sup>, quod nec non neglexisset perquirere, nec de ipsis rebus, unde pulsatus est, aliquid signum apud se repperisset.

<sup>1</sup>) *cfr. Roth. 74. 387. Liutpr. 20.*      <sup>2</sup>) *cfr. Roth. 365.*

4. Nonnulla flagitiorum ueteres iurisperiti, dum fieri posse non crederent, decernere praecauentes, posteritati erronea relinquere uestigia. Ad nunc creuescentibus malis, et fieri posse creduntur, et quod dictum nephas est, facta uidentur. Actenus religiosorum homicidia, eo quodpote aut inermæ genus aut in omnibus uenerandum haberetur, nullius compositionis experta lex iudicali calculo claruit. Et si quondam forsitan contigisset, aut sub ostentu legalis negligentiae uel oblitae rationis obmittebatur, aut certe censorum opinatione, aut illud, ut cuique libitum erant, decernebatur. Ideo sicut omnibus simul aequissime placuit, sancimus, id est precepimus, ut si quis deinceps occiderit monachum uel presbyterum aut diaconem primatum tenentem, componat solidi 200 uel supra, ut principi patriae placuerit, usque trecentos. De caeteris uero personis inferioris gradus quae in palatio deseruiunt, ducentorum solidorum compositio praeueniat. De reliquis autem ecclesiasticis, qui extra palatium deagunt, 150 sicut de laicis, qui exercitalibus militant armis.

5. Si pater filiae non habentis germanum aut germanus sorori occisi fuerint, ita nobis rationis iudicio complacuit, ut sicut in rebus patris uel germani secundum lege haereditates possessurae sunt, ita et occisorum compositiones haereditarie sibimedipsae exigant.

6. Si liber homo habet uxorem liberam, nichilque proprium possidens, talem culpam perpetraverit, pro qua damnatus questori secundum legem in manu pro seruo tradendus fuerit, ipsa uxor [*libera maneat, et*] maritum tantum custodiant; ille uero qui eum in seruitio acceperit, det marito eiusdem infra septimanam duos dies, sicut propriis seruis, quatenus eam possit nutrire. Sin autem minorem culpam penetrauerit, unde mox legis tradendi deest, sub estimatione iustissima uir et coniux deseruiat ei, cui culpatum est, usque ad praefinitum tempus; post constitutionis autem dies libertantur in pristinam libertatem. Et si ipsa uxor tantum culpata fuerit, eisdemque modis, ut de uiro superius censuimus, simul de utroque equalitate sententia detur; ita tamen, ut eius, qui eos acceperit, disciplinis et imperio sicut serui subiaceat. Si

uero infra constitutum supradicti seruitii tempus alteram alteri homini ingesserunt culpa, uir aut coniux, imperpetuum serui tradantur, et reus per dies, ut supra sibi concessum, uxorem nutriat, ipse uero dominus traditi unde prior [*pro*] seruo, si contigerit, pro iniuria hab eo illata iustitiam querenti persoluat.

7. Et hoc constituimus, adolescentem ante 10 et octo anno etatis non posse solius ori sui manifestationem condempnari.

8. Nullus homo habens uxor legitimam, filiis uel filiabus, qui ex altera illicita coniuge procreantur, legitima uiuente per quolibet ingenium aliquid donatione facere posse: maxime dumtaxat, qui de incesto coitu nascuntur ex nuuerca id est matrinia, aut preuigna id est filiastra, uel cognata quae est uxor fratris, aut ex germana uxoris, uel etiam ex consobrina generantur, omnimodo prohibeamus nullo quolibet argumento, quod cogitaueri uel dici humana uersutia potest, his donationem facere posse, qui hoc facinus contraxit.

9. Si quis liberorum seu libertinorum ostenderit praecipuum libertatis quondam scriptum ante reuersionem domini gisolfi de tras pado, et falsum procul dubio apparuerit, propterea si manifestare potuerit illis diebus scriptum fuisse, quos praediximus, in libertate permansisse, ita profecto censemus, ut quodquod ex tali libertate superstites sunt, siue homines siue mulieres, in pristinam seruitutem reuertantur. Filii uero uel filiae eorum, qui de ingenuis uxoribus procreati sunt, libertatem cum matribus permaneant.

10. Peruenit ad aures sublimitatis nostrae, quod quidam hominum uersuta calliditate inbuti, propter obligationes uel debita, quae fecerant, propinquioribus parentibus, qui iusta legem heredes eorum futuri sunt, testamentum donationis ammittant, ut quaestores eorum creditas res facile perdant; propterea sic namque decernimus, ut primi heredes obligatione uel debita propinquorum persoluant, dehinc, quod residuum fuerit de rebus eorum, sibimet assumant.

11. Si quis in silua propria plaustrum quod uulgo dicitur carrum, honustum lignis cum bubulis deprehenderit,

et fortasse ad domum suam perduxerit, per unumquoque lignum, quae imposita sunt plaustro, his cuius bobes et ueiculum fuerint nouem ligna componat. De plaustro uero sicut lex<sup>1</sup> testatur iustitiam praeueniant.

12. Satis infamis et inlicita consuetudo istis [*temporibus*] hincleuit, dum quaedam mulihercule defunctis uiris, maritalis dominaturae solutae, licentius proprii arbitrii libertatem fruuntur. Abitum sanctimonialis in secrete domi suscipiunt, ne uim nuptialem perpatiantur, quippe tuta sibi cuncta fore arbitrantur, si coniugalis dominatui non subiciantur<sup>2</sup>. Sicque fecit, ut sub optentu religionis demta omni formidine, quicquid animo delectantur, licentius assequantur. Namque deliciis affluunt, commensationibus student, potibus uineis ingurgitantur, lauacra frequentant, et quanto magis assequi possunt, tanto eodem habitu in mollitię delectationemque uestimentorum habutuntur. Igitur si quando in plateas processurae sunt, facies polliunt, manus candidant, incendunt liuidinem, ut uescentibus incendia misceant: saepe etiam formosus uidere atque uideri impudentius appetunt, et ut brebiter dicat, ad omnem lasciuiam uoluntatemque animi frena relaxant. Hoc quoque procul dubio luxuriante uitae fomite succensa, exurunt eas carnis incentiba, adeo ut non solum unius, set quod dicit nefas est, plurimorum prostitutionibus clanculo substernantur; et nisi uterus intumuerit, non facile comprobatur. Talem itaque pestem execrandam modis omnibus contestantes, instituimus, ut quiuisliuet affinitate iunctae, innuptae uel uiduae, [*quae*] uelamen sanctae religionis induerunt, et intra anni circulum eas, quatenus uoluerit uel potuerit, in monasterium trudi dilatauerit, propterea si stupri crimine detectae fuerint, componat guidrigild suum in palatium; princeps uidelicet eiusdem temporis cum ipso guidrigild rebusque propriis retrudat eas in monasterium.

13. Diuinae legis<sup>3</sup> auctoritas communans testatur: „Si quis in captiuitatem duxerit, in captiuitatem uadat“. Hactenus adeo haec patria crudelis limine perniciem perpetitur, ut

<sup>1</sup>) *Liutpr.* 82.

<sup>2</sup>) *cfr. Liutpr.* 30.

<sup>3</sup>) *Apocalyps.* 13, 10.



etiam transmarinis paganitatis gentibus eius habitatores indifferenter uendant. Propterea presenti iudicio<sup>1</sup> sententia damus, ut si quis hominem furtiua arte uel quolibet modo extra prouinciam uendiderit, sic eum componat, sicut his qui infra uenenundant; ita tamen ut uenditoris persona ultra mare uenundetur. Si uero pauperrimus fuerit nichil habens, unde compositione procedant; quod superest, persona eius, ut supra trans mare uenalis uadant.

14. Quaecumque mulier propria res habens, mortui mariti lectum caste seruauerit, et de rebus suis aliquid pro anima sua iudicare uoluerit, quae [filii] eius minime consenserint, sicque prospeximus si: duos filios habuerit, tertiam partem<sup>2</sup> de rebus suis disponere liceat; si quidem tres, septimam partem; si: quattuor habuerit, nonam; si uero amplius, per hanc numer[or]um ratiocinationem<sup>3</sup>, ut contigerit, sorte diuidantur.

15. Si quis terram uel mancipium per triginta annorum circulos absque pulsationem possiderit, et certa manifestatio dumtaxat pateuit; sic namque censemus, ut quicquid aedificii uel terrae incrementis ex his rebus possessor optinuerit, absque molestationem et depulsationem, sicut ipsa praedicta initia, ulterius possideant.

16. Si quispiam rem propriam inspiratus pro anima sua locis uenerabilibus decreuit, non reputetur extraneus uel inimicus parentibus, sicut in lege<sup>4</sup> nefas scriptum est; sed sit sacramentalis si oportunitas incumbit; et heredes proximorum modis omnibus habeatur.

17. Si quis hominum causa<sup>5</sup> temerario absque permissio pontificis uel custodum ecclesiasticorum mortuum in basilica sepelierit, hac ratione perpendimus: componat sol. quadraginta eiusdem uenerabili loci rectoribus; de sepulto quidem supradictis personis, ut libet, conueniatur.

Explicit cap. domni aregis.

<sup>1</sup>) *cfr. infra Sicardi cap. 3. 4.*

<sup>2</sup>) *corrige: si unum filium habuerit,*

*tertiam, si duos, quintam.*

<sup>3</sup>) *cfr. Grim. 4.*

<sup>4</sup>) *Roth. 360.*

<sup>5</sup>) *corrige: ausu.*

## INCIPIT CAP. DOM. ADELCHIS PRINC.

1. Si seruus libera uxorem tulerit.
2. De homine pagano<sup>1</sup>.
3. Si mulier morgicapud factum non habuerit, aut factum perdiderit.
4. Si quis testem si<sup>2</sup> quisque manibus suis subscripserit.
5. Si quis rem suam obligauerit et eam postea uendiderit.
6. Si iurauerit quis et periurauerit.
7. De munimine perdita per ignem aut depredationem postea.
8. Ut brebes non nisi notari scribant.

Omnipotens uniuersitatis dispositor quondam, ut ei placuit, italiae regnum genti nostrae langobardorum subdidit. Quorum quidem regibus feliciter regnantibus inspirator bonorum omnium in eorum dignatus est pectoribus serere, quemadmodum legis decreta communi concilio sancirent, quibus subditus populus cunctaque gens illa legaliter uiuens, nullusque metus statutae legis excedens aduersus alterum nichil sinistrum auderet perficere. Idem uero reges, sicut celitus illa decernere ualuerunt, ita prudenter atque humiliter scriptum relinquere uoluerunt, ut sequentes reges quaeque superflua in eorum edictis forsitan aspicerent, pumice frangerent; et quaeque minus quam oportuerit forent, pro temporum qualitate adicere non refugerent. Quod ita caute factum a quibusdam est regibus postea regnantibus, ueluti in eorum statutis cognoscitur. Eiusdem uero famosae gentis tunc gloria permanente, subito gallorum gens primatum et capud regni illius inuasit. Eo quoque tempore desiderius langobardorum sceptrum tenebat, cuius gener eodem tempore erat carolus francorum rex, qui sedi eius inuidens et insidians, contra eundem subdole et callide agere non refugit. Quo quidem capto atque in custodia posito, regnum italiae gentemque langobardorum suo imperio subdidit. Sicque decreta dispositione conditoris, eadem gente ad minima

<sup>1</sup>) *corrige* plagato.      <sup>2</sup>) *corrige* si.

decidente, ducatum tunc beneuenti gubernabat arechis dux, per omnia catholicus atque magnificus; qui imitator existens maiorum, suae gentis reliquias rexit nobiliter et honorifice, et sequens uestigia regum, quaedam capitula in suis decretis sollerter corrigere seu statuere curauit, ad saluationem et iustitiam suae patriae pertinentia; quae utilia nempe sunt, et inserta in edicti corpore retinentur. Longo tum post tempore ad nos quoque ducatum ipsius reliquiarum gentis supernae pietati perducere placuit, quos iam infestatio multarum gentium ualde opprimit, quae nostros conciuēs conterere et dissipare non desinunt, plurimas nostrorum uillas oppidaque cremantes et disperdentes. Et licet ista nostro excreuerint tempore, quibus multum mestificamur, simul et habundare nequitia quorundam caepit nostratium, quibus unus contra alterum semper molitur insidias, statuta antiqua legis excedens, cupiensque frequenter quocumque modo suo nocere proximo: de quibus indesinenter animus noster contristatur. Propterea, dum talia recidere et corrigere tractaremus, sequentes praephati arechis excellentissimus ducis aegregium exemplum, ad imitationem eius quaedam instituere prouidimus capitula ad amputandas quorundam nequitas congrua. Ideo, communi habito eloquio, in hoc nostro beneuentano palatio cum domino adone fratre nostro uenerabili episcopo, seu cum comitibus, abbatibus caeterisque nostris magnatibus, anno ducatus nostri duodecimo, mense martio et indictione quinta, eadem capitula statuere sollicite curauimus, quibus omnis iniquus suam malitiam et iniquitate retundare et refrenare debeat. Quae nimirum in edicti paginis inserere praecepimus perpetuo iure retinenda, quorum primus iste est:

1. Si cuiuscumque seruus liberam sibi uxorem tulerit, qui ad palatium iuxta legem pertinebat, utique pessima extitit consuetudo, ut eas personas quisquis uellet expeteret. Amodo autem et deinceps statuimus, ut tanta peruersitas nullum habeat locum, sed ipse solummodo eos habeat semper, cuius primum ille fuerat seruus, etiam si illos a palatio nunquam repetant[ur]. Nam potest fieri, ut ipsum solum

habeat dominus suus, quem si hac occasione amiserit, efficietur pauperrimus. Sed seu unum, siue plures habuerit famulos, et in uno quolibet eorum istud acciderit, dominus suus, uti decretum est, eum cum illa, quam sibi uxorem tulerit, possideat perpetim cum filiis eorum. Et si quis temerarius eos ad palatio petere deinceps praesumpserit, petitio illius cassa permaneant.

2. Si quis a quocumque fuerit plagatus, et plagam iudex praesentaliter factam aspexerit, et aduersarius illam ei egisse negauerit, preueat sacramentum plagatus, quod certius ipse, super quem proclamauit, illam ei fecerit, quam ostenderit plagam; postea uero improbus persoluat illi iuxta edicti tenore iustitiam absque tergiuersione aliqua.

3. Si clarum manifestatumque fuerit qualibet foeminam consuete et legaliter habuisset maritum, et quartam seu octabam habuisset ab eo sibi factam, eamque perturbatione temporis perdidisse quomodocumque; uel si etiam, ut accidere solet multotiens, quartam eadem uel octaba non fuerit scripta, propinquus mariti uel quilibet alter eandem quartam uel octaba eidem mulieri rite competentem contrare minime praesumat. De quibus si ulterius altercationem quisquam proposuerit, eius querellam nullum optineat fructum, quoniam iniquum et reprehensibilem uidetur, ut quod omnes de suis retinent uiris, aliquantae mulieres per incuria uel aliqua accidentia ammittant.

4. Si quis se testem in quocumque munimine propriis manibus subscripserit de rebus quibuslibet forsitan facto ad se pertinentibus, statuimus, ut postea nullo modo inde ualeat mouere causationem; deuet enim sollicite perquirere et scire, quid sit illud, ubi rogatur subscribere.

5. Si quis rem suam obligauerit cuicumque, et denuo illam alteri uendiderit, et emptor ipsam ante faciem eius, cui obligata fuerit prius, anno uno expleto possederit, postea exinde nullam controuersiam his qui eam obligatam habuit, ualeat mouere; quoniam neglectui eius rite deputabitur, quod emptorem infra tot spatium exinde appellare contempsit, et quod ab illo obligatore nullam prius acceperit firmitatem;

quoniam iustum uidetur, ut magis his qui illud pretium dedit, eandem rem possideat, quam ille qui solam obligationem retinent.

6. Si quis iurauerit, et cognitum fuerit certius iudici, quod periurasset, aut famam habuerit periurandi, si calumniator intentionem proposuerit, quod tunc periurasset, ex iudicio iudicis per pugnam ei approbet, quod iurasset fallaciter; et postea ipse, qui iurauit, persoluat ei iustitiam, si ceciderit, iuxta edicti tenorem [*Liutpr.* 144].

7. Si casam uel quacumque rem aliquis per munimen habuerit et possederit, et illud munimen per ignem aut depredationem postea amiserit, et causator quicumque dixerit, quoniam eadem casa uel res, quam possidet, ei debeat pertinere legaliter: preueat sacramentum idem possessor cum parentibus, quod de eadem rem, uel casa ueracia habuisset munimina, sed ea per igne, aut azalatione seu depredationem perdidisset. Si uero his, qui quaerellam mouit, prius elegerit illi uelle per pugnam approbare, solus iuret, qui ipsam tenuerit, quaecumque fuerit res, et sic ad pugna pergatur. Etenim considerandum est et ueraciter credendum, fieri potuisse, ut multi sua munimina, uelut dictum est, amiserint et amittant, dum et oppida et uillae plurimae a paganis crematae sunt, et nostris exigentibus meritis saepius cremantur et disperduntur: ideoque iniquum uidetur, ut talibus accidentiis amisso munimine aliquis id perdat, si munimen inde non ostenderit, quod iure ei competit habere.

8. Inconueniens usque modo consuetudo extitit, ut quisquis uoluisset, si nosset, scribere breuem, undecumque oportunitas exegisset. Amodo autem decernimus, ut soli notarii breuem scribant, sicut et cetera munimina. Et quicumque deinceps brebis fuerint absque notarii subscriptionem ostensus, nullam retineat firmitatem; quoniam multos ex illis deprehendimus fuisse falsos, quod, deo opitulante, cupimus, ut ulterius non fiat.

[FINIS EDICTI.]

[PACIONES DE LEBVRIIS CVM NEAPOLITANIS FACTAE.]

ITEM CONSVETVDO LEBVRIE ET PACTVM.

Incipit pactum quod constituit domnus arechisi gloriosus princeps cum iudex neapolitanorum, de seruis et ancillis et de terris et de legurias et de tertiatoribus, quae communes est inter partes [c. a. 780].

1. In primis de liguria, ut quantum neapolitani per 20 annos usque modo in dominicatu tenuerunt, nec censum inde in partes langobardorum persoluerunt, securiter possideant. Similiter langobardi, quantum per 20 annos usque modo in dominicatu tenuerunt, nec censum inde in partes neapolitanorum persoluerunt, securiter possideant.

2. Alia uero omnia fundora, fundata siue exfundatas sint, homines et terras, [in] quibus solidi non sunt dati, diuidimus per medium.

3. Terras autem, in quibus solidi dati sunt, per scripta firmantes ipsas cartas inter partes per sacramenta cum tribus personis intus domum suam, si uoluerimus ipsas terras inter partes recolligere, licentiam habeant neapolitani reddere med. ex ipsi solid. et langobardi similiter, et diuidere ipsas terras per medietatem. Sin autem, diuidantur in tres partes: unam partem tollant langobardi, aliam neapolitani et aliam qui ipsos solidos datos habent; facientes inter utrasque partes talem firmatione in scriptis, ut a tunc securiter langobardi tertiam partem, et neapolitani tertiam, et ipsi homines, qui ipsos solidos [datos] habent, tertiam partem securiter possideant.

4. Et fundora uel terras, qui in partes langobardorum uenerint in sortem, nullo modo ipsi homines, qui habitant in ipsa fundora, possint infiduciare uel uendere, aut per quaecumque argumentum alienare in parte neapolitanorum;

et si factum fuerit, ipsos solidos pereant et ipsas res reuertatur in parte langobardorum. Similiter et parte neapolitanorum perficiatur.

5. Exceptuamus ex his omnia fundora de leburias, qui pertinet ad ipsum principatum capuanum, fundata et exfundata, et homines et terras, quae uos nobis aliquandiu relaxastis.

6. Et omnia, quae in parte langobardorum<sup>1</sup> uenerint, per nullum modum aut per qualecumque ingenium querant habere dominationem langobardi.

7. Et terras seu seruos, quos langobardi diuisos habent cum neapolitanis per scripta, uel quocumque modo definitum habent inter se, si comprehenderit qualiscumque neapolitanus exinde seruum ad partem langobardorum, componat sol. 100; et si alias qualescumque res exinde pignerauerit, componat de una causa nouem<sup>2</sup>. Similiter et a parte langobardorum perficiat.

8. (Quando institutum fuit facto a dom. arechis gloriosissimo primo princeps langobardorum cum partem de neapolim et firmatum est, qualiter inter partes esse deberent de terris in liburia, de seruis et de ancillis, de tertiatoribus et de omnibus causis, transgressi sunt neapolitani ipsum pactum et noluerunt de omnibus praedictis rebus uiuere secundum pacti tinorem; nullo modo consensimus ei illud.)

9. Si quis langobardus habet comparatas terras in liburia, et cartulas emptionis exinde ostenderit, et pars neapolitanorum intentionem inde miserit, iuret a parte langobardorum tres homines de sex hominibus, quales pars neapolitanorum quesierint, dicentes per sacramentum: „quia ista cartulae ueraces sunt.“ Et deinde pars langobardorum retineat sibi duas sortes de hisdem terris; unam pars langobardorum, aliam pro ipsis solidis datis; tertiam uero partem consentit inde habere partem neapolitanorum.

10. [*Si uero pars neapolitanorum*] cartulas ostenderit, quas eis quiscumque homo fecisset de terris in liburia: si

<sup>1</sup>) *corrigere* neapolitanorum.

<sup>2</sup>) *cfr.* Roth. 246. 250. 343.

audet prior de capua facere iurare tres homines de sex, quales pars de neapolim quesierit, dicente per sacramentum: „Quia istae terrae quas emptas habere dicitis, de illis hominibus fuerunt, qui censum reddiderunt in capua, et sic eos habuerunt comitatus capuanus, sicut alios massarios de liburias“; [*si uero non audet, sacramento*] abberentur ipse cartulae a tribus hominibus de sex, quales pars de capua quaesierit; et si uoluerit pars de capua reddere med. de ipsi solidi, quas ipsae cartulae continunt, diuidantur ipsae terrae per med.; et si uoluerit reddere med. de ipsi sol., diuidantur ipsae terrae in tertiam partem: unam partem tollat exinde pars de neapolim pro ipsa hospitatica, et aliam pro ipsi solidi, tertiam partem tollat exinde pars de capua.

11. Si horta fuerit intentio de fundis exfundanis, et dixerit una pars: „quia ista fundora de talibus tertiatoribus fuerunt“, et alia pars dixerit: „quia non fuerunt de his tertiatoriis, quos dicitis, sed de istis fuerunt, quos nos dicimus“, non sit inde sacramentum, ut una quaelibet pars in periurium exinde incurrat; inquiratur diligenter ad qualia hospitatica fuerunt pertinentia antiquitus, et tunc sine sacramentum et periurio poterit inde esse finis.

12. Si censiles homo de leburia patitur oppressiones a parte de neapolim, et uoluerit exfundare se de ipso fundo, ponit post regiam domus suae ipsum fustem, sicut antiqua fuit consuetudo, et uadit ubi uoluerit. Si autem pars de neapolim cum parte langobardorum potuerit reuocare ipsum tertiatozem in ipsum fundum, et fundare illum ibi, potestatem habeant, et seruiat ambobus partes sicut antea seruiuit. Et si aliunde uoluerit ibi hominem fundare, potestatem habeant; et si hoc facere non potuerint, aut non uoluerint, diuidant inter se fundum et terris ipsius.

13. Si liburianus serbus de langobardis mortuus fuerit, habeat ipse langobardus in potestate sua omnes res illius.

14. De seruis communibus ita fiat: Si exierit de ipso fundo seruus ipse, et intentio de eo horta fuerit, ut ipse langobardus eum inde mobuisset, aut ad manum eum apprehendisset: si non audet iurare ipse langobardus, quod



ille eum de ipso fundo non mobuisset, aut ad manum eum non apprehendisset, inueniat illum et reuocet eum in ipso fundo. Alia talem faciat ipse neapolitanus ad ipsum langobardum, si eum inde quaesierit. Nam [si] sua uoluntate, sine consilio de ipso langobardo aut de ipso neapolitano motus fuerit ipse seruus de ipso fundo, et uadit in terram aliam, tunc diuidant langobardus et ipse neapolitanus ipsum fundum per medietatem cum omnibus pertinentibus de eodem fundo. Tamen quandocumque extra dominationem de neapolim inuenit ipse langobardus eundem seruum, apprehendat eum, et habeat eum suae potestatis, sicut suum proprium.

[PACTIONES GREGORII DVCIS ET IOANNIS  
CONSVLIS NEAPOLITANI, a. 933.]

†Repromittimus et iuramus et iurare faciemus nos iohannes consul et dux, uobis dom. landolfo et dom. atenolfo, seu et dom. atenolfi principis filiis et nepos dom. atenolfi principibus, quia amodo et semper sumus et erimus uobis ueri amici, absque omni mala deceptione et absque omni dolo et fallacia et malo ingenio, et nulla contrarietatem aut inimicitiam faciemus uobis in toto principatu uestro beneuentano cum omnibus suis pertinentiis, nec in toto comitato capuano, nec in teano cum pertinentiis suis, nec in hominibus uestris, nec nos, nec homines nostris per nostram uoluntatem, neque per qualemcumque submissionem nostram; et si factum fuerit absque nostram uoluntatem, iudicauimus uobis exinde secundum legem romanorum aut langobardorum absque malitiosa occasione.

2. De sarracenis autem hoc uobis promittimus, quia sic per omnia et in omnibus pleno animo uos et terram uestram contra eos adiuuauimus, ubi necessarium fuerit, tamquam nosmed ipsos et terram nostram.

3. De leburias autem hoc uobis promittimus, ut terras, seruos et ancillas seu fundora, quae per concessionem habetis uos et homines uestris in liburias a singulis ducibus neapolitanorum, [quae] possidetis temporibus dom. landenolfi patru

uestri et dom. sergi abii uestri, si parte nostra neapolitanorum exinde requisitionis habueritis intentionem, uos aut homines uestris si ausi fueritis inde iurare, iurent a parte uestra langobardorum sex homines uestris, quales nos uoluerimus, ad sancta dei euangelia dicentes: „Quia istae cessiones, quae ostendimus, ueraces sunt“. Et tunc fiat uobis a parte nostra firmitatis scriptio exinde, ut amplius non sit uobis requisitionis causatio de ipsis rebus et seruis et ancillis, quos et quas praedicti continunt cessiones a partibus nostris neapolitanorum, et liceat uos eas habere securiter.

4. Et quae per cartulam emptionis seu conuenientiae uel diuisionis habetis et homines uestris a partibus nostris neapolitanorum, si a parte nostra neapolitanorum exinde requisitionis intentionem habueritis uos et homines uestris, si ausi fueritis inde iurare, iurent a parte uestra langobardorum tres homines uestris de sex hominibus, quales nos uobis querimus, ad sancta euangelia, dicentes: „quia istae cartulae, quae ostendimus, ueraces sunt, et ipsas terras, quas istae cartulae continunt, possidemus eas“. Et tunc fiat uobis exinde a parte nostra firmitatis scriptio de cunctis rebus illius quae praedictae emptionis seu conuenientiae uel diuisiones continent, et possideatis eas securiter.

5. De omnibus uero aliis causis, unde intentionem habueritis uos aut homines uestri nobiscum aut cum nostris hominibus, iudicauimus uobis exinde absque omni dilatione, secundum legem romanorum aut langobardorum, absque omni malitiosa occasionem.

6. Si uero uestris hominibus intentionem habuerint cum nostris hominibus neapolitani, aut aliis hominibus nostris de terris in liburias, quam comparatas habent, ostendentes eis homines nostris cartulas, quomodo comparatas habent eandem terras a langobardis, et auctor paruerit, si manifestatum fuerint et uenditio ipsa ueras sit, et uenditor ille iuxta textum cartulae defendere potuerit, pars nostra habeat terram illam. Et si defendere non potuerit secundum ipsa cartula, aut non uoluerit, et negauerit quod ipse eam non fecisset et pars

nostra terras illas possederit, a triginta autem<sup>1</sup> sol. insuper, iuret pars nostra cum sex hominibus, quales uos uolueritis, ad sancta dei euangelia, dicentes ut cartula ipsa uerax sit. A triginta uero sol. in subtus iurent tres, quale uos quesieritis; et destringat parte uestra nobis illum uenditorem iusta textum ipsius cartulae. Nos uero omnem compositionem et legem et iustitiam quae parti nostrae facere debet auctor ille, donamus omnia ea parti uestri langobardorum per launegilt<sup>2</sup> receptum a uobis exiguum; et faciendum omnia exinde, quae uolueritis: et auctor ille defendat parti nostrae terram illam absque omni requisitione.

7. Et si pars nostra terras illas possederit per ipsa cartula et auctores non paruerit, et aliquid nos a parte uestra exinde quesierint, comberemus parti uestrae cartula ipsa cum sex hominibus nostris, quales uos nobis quesieritis; et ipsas terras habeamus absque omni intentione.

8. Haec autem omnia superscripta, qualiter continent, in quantum exinde apparuerit per omnia, ita uobis obseruabimus, et ita uobiscum in antea sedebimus, sicuti sedet domnus gregorius abius meus uobiscum, ex quo cum illo suprascriptum capitularium fecistis a secundo die mensis iulii indic. 14. usque in obitum eius; unde solummodo nomina mutabimus. Haec omnia uobis obseruabimus salua fidelitate sanctorum imperatorum. Dom. iohannes consul et dux; gregorius thius eius; landolfus; gregorius filius dom. iohanni. Sergius filius dom. aligerni, aligernus iohannes, caesarius iohannes, sergius gregorius, gregorius iohannes, gregorius petrus, aligernus.

[SICARDI PRINCIPIS PACTVM CVM NEAPOLITANIS IN QVINQVENNIUM FACTVM, a. 836.]

1. De hostibus et scamaris qui per nostros fines in uestris transire uoluerint.
2. De collata, et pensione, et ut ante pignus stare non debeatis.

<sup>1</sup>) *corrigere saltem cfr. Roth. 359.*      <sup>2</sup>) *cfr. Roth. 175.*

3. Vt langobardus langobarda nullatenus comparetur, nec in mare uenudentur.
4. Vt terciator, si a langobardo uenditus fuerit, comparetur et super mare non uenudetur.
5. Vt negociatores ab utrisque partibus illaesi permaneant.
6. De fugacibus, liberi uel serui.
7. De homicida, qui exercitalem uel militem aut simpliciter ambulantem occiserit.
8. De hiis qui iustitiam exquisierint et non receperint, qualiter pignorare debeant.
9. Vt si quispiam militem aut aliam personam bactere aut ligare praesumpserit.
10. De eo qui in furtum deprehensus fuerit.
11. De furone et homicida, ut a partibus ambarum reddantur.
12. De actionariis qualiter peragatur.
13. De hominibus qui per flumina transierint; et ut non detineatur nauigia in partibus nostris.
14. De terciatoribus et condicionibus illorum.
15. Vt cauallus et bos nullatenus extra ciuitatem comparentur.
16. Vt ante tertiam et quartam contestationem barbaricum pro quolibet casu non faciamus.
17. Vt pro pignere nullus andeat pignerare.
18. Vt pro causa causa non anteponatur.
19. Vt ubi exercitare uolueritis, a nobis nullam laesionem habeatis.
20. Vt non praesumat aliquis terciatorem exercitalem aut militem facere.
21. Vt si terciator absconse exercitalis factus fuerit, aut miles.
22. Vt si quis homo liber uxorem duxerit terciatricem.
23. De legatariis qualiter inlesi permaneant.
24. De fracta.
25. De nefandis criminibus, uel aliis causis, si in terciatores deuenerunt.
26. Vt si aliquis cum terciatore causam habuerit a parte rei puplice.

27. De sigillatico et nuptiatico.
28. Vt non praesumat aliquis absque consilio principis lignum excidere a parte rei puplice.
29. Vt non tollatur a terciatoribus excusaticum et porcos.
30. Vt inuitus non detur pretium ad terciatores pro tritico aut uino.
31. Vt singula castella non tollant responsaticum nisi de locis sibi pertinentibus.
32. Vt coloni terciatores non dent in collata nec in pastu.
33. Vt non liceat piscare militem in laco patriensem absque conscientia principis.
34. De modiatico.
35. 36. De reponsatico et modiatico de lauri uel de aliis massis.
37. Vt si miles absconse in laco patriense piscauerit.
38. De angre.
39. De stabi.
40. De ponte lapideo et de plagia.
41. De fluuio draconcello.
42. De monte uesubio et de colonis.
43. De colonis transmontanis ut a partibus reuocentur.
44. De amalfinis qualiter peragantur.
45. De aqua, herba et collata.
46. De prauis hominibus, qui illicite per partes ambulauerint.
47. De terciatoribus, qui inter partes uagantur.
48. De seruis et ancillis utrisque partibus.
49. Constitutio iuramenti.

In nomine domini dei et saluatoris nostri iesu christi et beatae et gloriosae dei genitricis semperque uirginis mariae. Dum ea quae dei praecepta sunt, partes obaudiunt, tunc ipsius adimplere probantur mandata, et ad pacis concordiam pro salute christianorum animarum peruenisse monstrantur. Pro quo promittimus nos dominus uir gloriosissimus sicardus langobardorum gentis princeps, uobis iohanni electo sanctae ecclesiae neapolitanae et andreae magistro militum, uel populo uobis subiecto ducati neapolitani, et surrento et amalfi et

caeteris castellis uel locis in quibus dominium tenetis, terra marique pacem ueram et gratiam nostram uobis daturos ab hac quarta die mensis iulii indicione 14. uidelicet ad annos quinque expletos. Unde pro stabilitate promissionis nostrae, ut nobis sine aliqua dubitatione credere possitis et in nostra concordia firmiter permanere, de istis capitulis omnibus subscriptis de praesenti iudices nostros, qui subter notati sunt, quales nobis quaesistis, iurare fecimus per nostram iussionem, quatenus si a parte uestra remissio, quam nobis uoluntarie fecistis, in omnibus fuerit adimpleta, haec, quae a nobis parti uestrae promissa et scripta sunt, impleantur tam uobis, quam omnibus ciuitatibus uel surrento et amalfi et caeteris castellis uobis subiectis terra marique; et nullam laesionem, neque in hominibus uestris nec in rebus eorum a nobis uel ab his qui nobiscum sunt uel fuerint, generabuntur, neque per exercita aut cursas, neque per scammeras, nec per traditicios, qui a partibus uestris nobiscum sunt uel fuerint, nobis uolentibus aut consentientibus, aut per nostram uoluntatem contra uos summissos. Et si contingerit, quod minime credimus, ut fiat hoc, repromittimus, quod secundum huius pacti continentiam, sicut subter confirmatum paruit, iustitiam uobis de omnibus capitulis conseruaturi per omnia sumus.

1. Et hoc promittimus, ut si quis hostis aut scamaras per nostros fines ad laesionem contra uos uenire temptauerint, et ad nostram peruenerit notitiam, nos secundum possibilitatem nostram uobis eos laedere non permittimus. Et si cognouerimus alia die facta langobardorum uenire ad laesionem ducati uestri neapolitani, uobis nunciamus, aut certe in tertio die usque ad uirtutem et possibilitatem nostram eis resistere. Hoc enim stetit, ut si aliqua clasma fuerit in finibus uestris ducati neapolitani terra marique a quacumque alia prouincia, ut nulla requisitio a nobis fiat in ducatu uestro neapolitano; sic tamen, ut in finibus principatus nostri beneuentani, nec panem nec aquam a quempiam homine bonae uoluntatis accipiat: excepto si brachio forti hostili more tollere potuerit. Si autem et suspicio fuerit, quia per loca principatus nostri beneuentani, aut per consilium et

conscientiam nostram aliqua clasma a uestris hominibus facta fuerit, ut sacramenta perueniant a partibus, purificantes uos per personas quantas et quales uolueritis, „quia nec per consilium, nec panem, nec aquam cum nostra uoluntate de nostris finibus susceperunt“, et sit causa finita. Si autem approbatum fuerit, quia cum consilio principatus nostri ipsa laesio facta est in ducatu uestro neapolitano, tunc subiaceat pars nostra parti uestrae romanorum ipsum dampnum in duplo reddere, quia postquam desiderantes concordia pacis domino permittente a nobis domno uiro gloriosissimo sicardo principe, percipere meruistis digne et uoluntarie, nullo contradicente ex nostris ciuibus.

2. †Set ad firmandam uobis libertatis et pacis caritatem, per quam uos creditis illesos gubernari, spondidistis nobis, cui supradicto eximio principi sicardo, amodo, id est quarta die mensis iulii indicione 14. per unumquemque annum dare nobis collatam et pristinam, que consueti fuistis dare. Si uero ante quinque annos expletos, sicut superius scriptum est, pactum nostrae gloriae irritum feceritis, nos licentiam habeamus omnibus modis pignerare apud uos, [ut] habeamus, per quae ad nostram plenam iustitiam peruenire possimus, tam de istius pacti nostri corruptione ante quinque annos expletos; uel si ante pignus steteritis de istis supradictis capitulis, componere nobis debeatis secundum uestram promissionem auri solidos beneuentanos numero tria milia, et insuper per scamaratores seu cursas et publicum exercitum oppressionem facere usque ad nostram satisfactionem. Quod si, domino iuuante et nostra gratia comitante, in his quae nobis placati estis, immobiles steteritis usque ad praedictos quinque annos expletos, et haec nobis supradicta singulos annos persolueritis, hoc repromittimus, ut securi et inlesi a nostra parte in uestris finibus permaneatis.

3. †Hoc stetit, ut langobardum nullatenus comparetis, nec super mare uenundetis. Quod si factum fuerit, ipsa persona nobis tradatur, qui comparauit, cum illo quem comparauit; ut simul qui comparauit, quam etiam et qui uenundauit, ambo nobis tradantur. Et si non, et dilatacio

peruenerit, componat solidos centos et supradictae personae tradantur; et si super mare uenditi fuerit, componat solidos ducentos, qui hoc malum penetrauit.

4. †Et hoc promittimus de terciatoribus, ut si a langobardo uenditi fuerint, comparantur, et nullatenus in naue imponantur, aut trans mare uenundentur: excepto si homicidium fecerit, aut facere uoluerit, habeat sibi licentiam, eum uendere; ita tamen, ut quinque personae praebeant sacramentum, quod ipse homicidium fecit aut facere uoluit; et si ipsa sacramenta deducere minime ausus fuerit, ipsa persona tradatur et componat solidos centum.

5. †De negociantibus uero ambarum partium stetit, ut liceat per fines nostros principatus nostri beneuentani negotium suum peragere, et per quouis accessu quod inter partes prouenerit, non debeantur laedi uel detineri aut pignerari; set inlesi absque aliquo dampno ad propria reuertantur. Si enim et pro qualibet occasione pignerati fuerint, ut ipsum pignus in integrum restituatur eis; et componat, qui hoc facere praesumpserit, cui iniuriam fecerit, solidos uiginti quatuor.

6. †De fugacibus ista stetit, ut si liberi aut liberae fugierint a partibus uestris et uobis subiacentibus, [et] res alienas secum detulerint, res ipsae in integrum restituantur, et illi sint, ubi uoluerint. Serui uero et ancillae, si a partibus [uestris] fugerint, a praesenti die reddantur dominis suis cum rebus suis in integrum, quae secum detulerunt, accipiente iudice loci per unamquamque personam auri solidum unum iuxta antiquam consuetudinem<sup>1</sup>; nam non habeat iudex licentiam amplius accipere: si autem praesumpserit amplius accipere, reddat, quod tulit, in duplum. Si enim cognitus fuerit seruus a suo domino, et uenerit cum epistola et noluerit eum reddere iudex loci, et fugierit aut mortuus fuerit ipse seruus, tunc ille iudex loci, qui noluit eum reddere, det pretium eius solidos 24; sic tamen, ut si quoquo tempore ubique in principatu nostro beneuentano inuentus

<sup>1</sup>) *cfr. tamen Roth. 264. Liutpr. 44.*



fuerit ipse seruus, ut ille iudex uel alia persona, qui eius precium dedit, recipiat quod dedit, et seruus reuertatur ad anteriorem dominum suum. Si enim et aliquis a partibus uenerit seruos aut ancillas quaerendo, et iudex loci illius dixerit non ibidem fuisse, tunc tres personae praebeant sacramenta, „quia nec suspicit, nec in conscientia habet, ubi ipse seruus est“, et sit ipse solutus.

7. †De homicida uero ita stetit, ut si quispiam exercitalem aut militem uel quamlibet aliam personam simpliciter ambulanti praesumpserit occidere tempore pacis, ipsa persona modis omnibus tradatur; audita causa, infra triginta dies non liceat pignerare.

8. †De iustitia autem ita stetit, ut si quisquam homo causam habuerit pro qualibet re, ut uadat semel et bis cum epistola principis uel iudicis sui; et si minime ei iustitia fuerit facta, [*liceat*] pignerare infra ciuitatem, et sic ei iustitia fiat; minus ne, tunc habeat licentiam foris ciuitatem, qualiter pignus facere, tam in langobardos, quam etiam in inquilinos uel qualibet persona praetendere potuerit. Excepto negotiante: non habeat licentiam pignerandi, et si factum fuerit componat, sicut superius afflictum est. De aliis uero personis uel rebus habeat sicut suum proprium menandum et gubernandum usque ad menses tres. Et si neglexerit iudex loci iustitiam facere, habeat iterum licentiam quaestor pignerare de loco ubi causa quaeritur. Et si contingerit ante iustitiam factam, ut ipsum pignus moriatur aut perierit, non calumpnietur ille, apud quem ipse pignus fuerit, sed reputet sibi ille, qui iustitiam facere neglexit; tantum ille, apud quem pignus fuerit, praebeat sacramentum, „quia eum nec donauit, nec uenundedit, nec alienauit, set tanquam suum proprium habere et gubernare uoluit et quid factum est nescio“, et sit causa finita. Si autem uiuum et sanum fuerit inuentum ipsum pignus, in integrum reddatur domino suo; ita tamen ut resideant iudices a partibus [*nostris*] in loco, ubi ea causa quaeritur; et si claruerit, quia iuste pignerauit, accipiat iustitiam suam et componat ei debitor solidos sex, pro eo quod ante pignus iustitiam ei minime fecit: si enim et claruerit,

quia iniuste pigneravit, componat solidos sex et pignus saluum reddat.

9. †Si autem quispiam militem uel qualibet aliam personam simpliciter ambulanti ligare aut battere praesumpserit tempore pacis, componat cui iniuria facta fuerit solidos centum. Si autem ad serui quispiam personam hoc facere praesumpserit, componat solidos 24.

10. †Et si quispiam homo super furtum inuentus fuerit, et non dederit manum ad prendendum se<sup>1</sup>, et mortuus fuerit, non requirantur; tantum tres personae bonae de loco ubi factum fuerit, quales quaesierint parentes aut patronus mortui, dent sacramentum, „quia mortuus ille in furtum inuentus est, et non dedit manum ad ligandum se“, et amplius non quaeratur, minus ne homicida ipse tradatur. Quod si uiuus deprehensus fuerit ipse fur, in hoc modo, sicut superius legitur, tres personae praebeant sacramentum, „quia super furtum deprehensus est“, et de praesenti tolla[n]tur ei oculi, et post data sententia recipiant aut eum parentes aut dominus eius.

11. †De furone uero, et homicida ita stetit, ut si quisquam homo homicidium, aut furtum in sua patria facere praesumpserit, et fuga lapsus fuerit, modo de praesenti a partibus redantur.

12. †De accionariis uero ambarum partium ita stetit, ut inlesi debeant ambulare, per acciones suas utilitates suas peragendo, et nullus praesumat eis iniuriam aut lesionem facere; si enim iniuriatus fuerit uerbo tantum, componat solidos duodecim. Quod si manum super eum miserit, componat solidos centum. Si autem et aliquis presumpserit actorem occidere utilitatem suam peragentem, ipsa persona omnibus modis tradatur.

13. †Item stetit de fluminibus, qui in fine capuana sunt; hoc est patria, uelturnas atque melturnas, ut in ipsa traiecta sint licentia transeundi tam negociantibus quam et responsalibus uel militibus seu aliis personis de ducatu uestro

<sup>1</sup>) *cfr. Roth. 32. 33. 253.*

neapolitano, salua consuetudine nostra, inlesi debeant transire. Barcas enim, quae ibidem ad hora canseuerint uel pro tempestate subduxerint, aut applicauerint per tota ipsa plagia, uel ubicumque in fine principatus nostri uenerint, securae et inlese, sicut superius legitur, debeant esse; si autem et uoluerint negociare ibidem, persoluant secundum antiquam consuetudinem. Tantum ut si peccato faciente, nauis rupta fuerit, res quae in ea inuentae fuerint, eis reddantur, cuius fuerunt et cuius sunt; homines autem sani et inlesi ad propria sua reuertantur. Et hoc stetit, ut deinceps pro quauis occasione nauigia uestra in partibus lucaniae uel ubicumque in finibus nostris non detineantur.

14. †De tertiatoribus uero hoc stetit, ut nulla noua eis a parte rei publicae imponatur, excepto antiqua consuetudine, hoc [*est*] responsaticum solum, et angaris et calcarias, simul et ad dominas suas angarias et pensiones secundum antiquam consuetudinem, nec non et exenium ad ducem, unum semel in annum, quod fuit prisca consuetudo; nam nulla alia noua imponatur a parte rei publicae ad eos qui se diuidunt, nisi tantummodo responsaticum et angarias superscriptas; et si quis hoc praesumpserit facere rei publice, ut ad terciatores amplius imponatur, nisi superscripta capitula, nam nulli alii homini; et si quis insuper hoc facere praesumpserit, componat solidos 24, et quod tulit, reddat.

15. †Item stetit, ut non habeat licentiam quispiam a partibus foris ciuitatem cauallum aut bouem comparare, nisi infra ciuitatem uel in mercato presencia de iudicibus et ab eis ipse uenditor cognoscatur; et si uenditor a iudicibus cognitus non fuerit, ut nullatenus habeat licentiam comparandi; si autem et comparauit foris ciuitatem, uel in mercato aut in ciuitate simul in praesentia de iudicibus, sicut dictum est, et uenditor non fuerit cognitus, sit ipse emtor fur, et reddat cauallum aut bouem; si enim liber fuerit, abscidatur ei manum, aut certe si uoluerit, det pretium de ipsa manu solidos quinquaginta; de seruo uero ut ipsa persona tradatur, aut si uoluerit ipse dominus eius, det precium de ipso seruo solidos uiginti quatuor. Si autem uenditor negauerit,

ut non ipsum cauallum aut bouem uendidisset, et illi in quorum praesentia uenditus fuerit, [*sint*] personae utiles, quibus credatur absque crimine, non habeat licentiam uenditor negandi; set illi tres, si fuerint fide dignae personae, praebent sacramenta, „quia in nostra praesentia uendidistis, et tantum precium tulistis“; tunc reddat quod tulit, et illi tradatur cui cauallus aut bos fuerit; sic tamen, ut non eum sanum apud se detineat. Et si uoluerint parentes aut domini eius eum liberare, dent pretium eius sicut superius afflictum est; et ille cuius cauallus aut bos fuerit, res suas recipiat. Si uero contigerit ante iustitiam factam ipsum cauallum aut bouem mori, det pretium pro cauallo solidos octo et pro boue solidos quatuor, et pro hoc capitulo nichil accipiat iudex loci illius.

16. †Sed hoc promittimus, ut non pro quouis excessu barbaricum facere, aut cursa mittere ante primam, secundam, tertiam et quartam contestationem; et si homicidium a partibus prouerit et minime iusticiam a partibus infra tricesimo die facta fuerit, sicut superius scriptum est, sit in hoc pactum solutus. De aliis uero capitulis, quae infra hunc pactum afflictum est, minime dissoluatur; set firmus et stabilis usque in predefinitum tempus debeat permanere, si ea quae in hunc pactum afficta sunt, inuiolabiliter conseruatum fuerit.

17. †Sed hoc stetit, ut si quis a partibus pro pignore pignoraauerit ante iusticiam factam, reddat pignus, et componat solidos duodecim.

18. †Sed et hoc placuit atque conuenit, ut nullus homo causam pro causa anteponat; sed ubi prius causa quaeritur, faciat iusticiam quaestiori sine ulla appositione; nam non habeat licentiam dicendi: „quia si non reddis hoc, non tibi faciam iusticiam.“ Et si quis pro tali occasione iusticiam facere distulerit, tunc districtus iusticiam faciat, et componat negator iusticiam quaerentibus solidos sex.

19. †Et hoc promittimus, ut ubi uolueritis exercitare in alia ducata pertinencia ducatu uestro neapolitano per terram nobis subiectam, nullam laesionem a principatu nostro beneuentano in ducatu uestro neapolitano uel in cunctis finibus, terra marique pro quauis alia occasione ab homi.....

[RADELGISI ET SIGINVLFI DIVISIO DVCATVS  
BENEVENTANI, a. 851.]

1. Ego radelgisus princeps concedo tibi siginulfo principi firmissimam pacem de integra parte principatus beneventanae prouinciae, quae tibi nominatim euenit per singula et integra gastaldata seu ministeria, quae hic descripta sunt, et sicut hic fines locorum descripti sunt inter consciam et salernum et capuam a parte beneuenti.

2. Ita quidem, ut amodo uel deinceps per nullum dolum aut ingenium uel qualemcumque occasionem exinde a tua potestate subtraham tibi et illi, qui per tuam uoluntatem fuerit princeps electus, qui post uestrum decessum in tua portione principandi potestatem susceperit in ciuitate salerno.

3. Et neque cum populo mihi subiecto, neque cum francis, neque cum saracenis, neque cum alia quacumque generatione exinde de praesenti die subtraham uel inpugnabo aut delebo, neque submittam qui talia faciant; et talia facere uolentibus ac facientibus adiutorium nullum inpendam; et per meam terram non permittam, neque dimittam aliam generationem uenire ad contrarietatem terrae ac populi uestrae partis, cui generationi ego cum populo, qui in mea terra habitat uel habitauerit, resistere potero, sicut si in mea terra uoluerit facere damnietatem, donec cum francis fidem et pactum, sicut promisistis, obseruaueritis; et uos uestrumque populum liceat per terram meam transire contra illos hostiliter et cum scara, ad uindicandum absque homicidio uel incendio et depraedatione seu zala de populo et terra mea et oppressionem castellorum portionis meae, excepta erba et ligna et aqua, quos uobis non negauimus. Et si contigerit esse factum, pax exinde non disrumpatur, sed fit exinde iustitia.

4. Omnium rerum sanctorum ecclesiarum, episcopatum uidelicet uel monasteriorum sub regula degentium seu sinochiorum, ibi census rationes reddantur de suis singulis substantiis, ubi capita sunt earum: praeter monasteria sancti benedicti et sancti uincentii, quae sub defensione domni imperatoris lotharii eiusque filii domni ludouici regis sunt.

Vt singulae ecclesiae suum primatum habeant integrum, sicut semper habuerunt in omni loco quemammodum decet causam dei; exceptis canonicis abbatiis quae ad palatium pertinent; nam abbatiarum res, quae ad palatium pertinent, in cuius diuisione ipsae res uenerint, ille eas habeat, in cuius fuerit parte.

5. Et omnes monachi et monachae redeant in sua monasteria ubi prius habitauerunt, ut habitent et militent ibi deo sub magisterio illic praeeordinatorum, sicut ratio et consuetudo est: exceptis illis, qui per uirtutem aliorum illic introierunt aut in palatio seruiunt.

6. Episcopi autem, et omnes clerici de quocumque gradu clericatus uel sine gradu, redeant ad suos episcopatus, cuiuscumque diocesis fuerint; et si redire noluerint, et nobis cognitum fuerit, absque omni iniusta dilatione faciemus eos redire inuitos, ut sint sub potestate praeeordinatorum in ipsis episcopatibus, et habitent, sicut illi eos iuste constituerint: exceptis clericis qui in palatio seruiunt, et qui per uim clericati fuerunt.

7. Similiter fiat et de clericis singulorum abbatum, exceptis illis clericis, qui in rebus abbatum ad palatium pertinentium morantur; qui clerici in illius parte sint, in cuius sorte ipsa res uenerunt.

8. Et dimittam omnes homines uestrae potestatis ire ad uenerabilem ecclesiam beati archangeli michaelis recto itinere, per quod temporibus antecessorum uestrorum illuc iebatur sine omni contrarietate uel damnietate atque contradictione mea et omnium hominum qui in mea terra habitent uel habitauerint me uiuente, ut salui uadant et redeant a nostra parte per meam uoluntatem, excepto iudicio diuino.

9. In parte uestra quorum supra, signulfo principi et qui post dicti estis, sint ista gastaldata et loca in integrum cum omnibus habitatoribus suis, exceptis seruis et ancillis, qui nobis et nostris hominibus pertinent; et si in istis gastaldatibus ac locis subscripta sunt aliqua castella ubi nostri homines habitant, ego uos ibi mittam sine irrationabili

dilatione: tarantus. latinianus. cassanus. cusentia. lainus. conscia. montella. rota. salernus. sarnus. cimiterium. furcule. capua. tianus. sora et medius gastaldatus acerentinus, qua parte coniunctus est cum latiniano et consciam.

10. Inter beneuentum et capuam sit finis ad sanctum angelum ad cerros, perexiens per serram montis uirginis usque ad locum qui dicitur fenestella. Inter beneuentum et salernum sit finis in loco, qui dicitur ad peregrinos, ubi ex antiquo 20 milliaria sunt per partes. Inter beneuentum et consciam sit finis ad ipsum stafilum ad frequentum, ubi ex antiquo 20 milliaria sunt per partes. De omnibus autem hominibus qui inter partes sunt, si in nostram fugerint, si potuerimus eis gratiam rogare, rogauimus; es si non, reddemus eos absque omni iniusta dilatione.

11. Si uero uester homo in sua substantia in mea terra ad habitandum uenerit, et plus quam uestra uoluntas est, steterit; ubi cognitum mihi feceritis, ego eum sine omni iniusta dilatione transmittam ad uos.

12. De uuaregnangis nobiles, mediocribus et rusticis hominibus, qui usque nunc in terram [*uestram*] fugiti sunt, habeatis eos.

13. Similiter habeatis omnes homines, qui habitant in parte uestra, et qui sunt sub tributo.

14. Omnes homines qui in uestra portione sunt, habeant res suas integras, in quocumque loco meae partis pertinent de illorum substantiis, cum seruis et ancillis et aldionibus omnique pertinentia sua.

15. Serui quoque et ancillae atque aldiones uestrae partis fugaces et apprehensos, ubicumque fuerint inuenti in terra nostra, reddemus uobis absque omni dilatione, et nunquam per nostram uoluntatem a quocumque homine nostrae partis contradicentur aut retollentur; et si sine mea uoluntate fuerit factum, ubi nobis cognitum fuerit, faciemus exinde iustitiam, et illos sine iniusta dilatione reddere faciemus.

16. Et si suspicio fuerit, ut post sacramentum pacis direxerimus eos quocumque uel infugauerimus, si quaesiti fuerint, cui hoc crimen immitetur de his, si non fuerit ausus

satisfacere, reddat eos. Et si satisfecerit et postea eos inuenire potuerit, similiter reddat; et si post sacramentum pacis fugerint de terra uestra in uicinas marcas aut in terram nostrae potestatis, reddemus eos uobis, si illic inueniri potuerint et nos potuerimus sine damno; et si ego eos recolligere non potuero ad praedictos locos, liceat per terram meam ire illuc, ut aut per pignorationem aut quomodocumque ueniatis exinde ad plenam iustitiam.

17. Similiter si potueritis, faciemus et de illis qui ante pacis sacramentum in predicta loca fugerunt. Quod si suspicio fuerit, ut per consensum marchanorum nostrorum per nostras marcas extra terram nostram exierint, satisfiat ab ipsis marcanis. Et si non, aut reddantur ab eis, aut si nullo modo inueniri potuerint, reddantur ferquidi eorum. Praeter si aliquis eorum suam uoluerit contendere libertatem, habeat exinde iudicium secundum legem.

18. Et omnes homines, qui sub tua potestate sunt, et quocumque modo habent praedicta munimina sua perdita, si contentio fuerit de rebus aut seruis aut ancillis seu aldionibus eorum, si aut per consignationem aut per pugnam adprobare potuerint, quod usque ad ipsum tempus quo barbaricum exortum est inter nos et uos, in sua proprietate legaliter iusteque habuerint illa, sine cuiuscumque iniusta contradictione habeant ea inantea.

19. De nullo homicidio uel praeda atque zala seu incendiis retroactis fiat aliqua requisitio uel uindicta per meam uoluntatem; et si absque mea uoluntate fuerit inde facta uindicta, dabimus illum hominem in potestate uestra, ut faciatis de eo quodcumque uolueritis; et si suspicio fuerit, quod per meam uoluntatem fuisset facta, satisfaciant illud tres personae, quale uos quaesieritis a mea parte, et tradam ipsos homicidas in potestatem uestram ad faciendum de eis quodcumque uolueritis.

20. Si uero amodo quicumque homines homicidium fecerit a parte nostra in uestra, et si suspicio fuerit, quod per consilium seu colludium fuerit factum per meam uoluntatem ad uestram contrarietatem uel damnietatem, de nobi-



libus satisfaciant illud tres personae, quale uos quaesieritis a parte mea; et de rusticis tres personae de ipso loco, ubi homicidium fuerit perpetratum, quale uos quaesieritis, et illos homicidas dabimus, ut praedictum est, in potestatem uestram, et si satisfacere non fuerint ausae, de nobilibus componam uobis tria milia bizanteos aureos, et de rusticis fiat compositio secundum legem; et illos homicidas si habere potuerimus, trademus uobis ad faciendum de eis quodcumque uolueritis; et quamdiu eos habere non potuerimus, dabimus in potestate uestra integras substantias eorum, et illos homicidas quodcumque potuerimus habere, pariter dabimus. De homicidio subiti scandali sit, sicut in lege nostra sancitum est.

21. Si ego radelgisus aliquid donauit de causa palatii infra uestros fines, sit in potestate uestra facere exinde quodcumque uolueritis. Et si tu siginulfus princeps donasti aliquid de causa palatii ad illos homines, qui prius fuerunt in tua potestate et modo sunt in mea, quantum exinde in tua portione fuerit, sit in uestra potestate facere quod uolueris. Et si ego radelgisus donauit aliquid per breue aut per praeceptum ad homines, qui fuerunt mecum et modo sunt tecum; et illi iterum per quaecumque munimenta exinde dederunt cuicumque aliquid, non inde faciant iustitiam aliam, nisi tantummodo reddant quod proinde acceperunt, et illud quod ego donauit redeat ad illos, quibus per legem debet pertinere. Et de omni causa, quae amodo surrexerint inter homines utriusque partis iudicauimus exinde secundum legem et iustitiam absque omni iniusta dilatione. Sed et de causis anterioribus, quas habuerunt homines utriusque partis inter se, iudicauimus exinde secundum legem et iustitiam absque omni iniusta dilatione uel fraudis argumento, excepto homicidio et incendio, depredatione ac zala, de quibus est superius definitum.

22. Omnibus hominibus uestrae partis habentibus uxores uel sponsas suas in parte nostra, si eas quaesierint, et nos nouerimus, reddemus eas absque detinentia cum filiis et filiabus suis, nullam laesionem membrorum habentes amodo

factam a parte nostra, et cum omni causa sua, quam nunc habentes uoluerint secum portare.

23. Et omnes apprehensos, quomodo uoluerint redire ad uos, dimittemus redire absque omni lesione membrorum.

24. Et amodo nullum sarracenum in meum uel populi ac terrae meae adiutorium seu amicitiam habere quaerimus, tam de his, qui in omni prouincia beneuentani principatus sunt, quam et de illis, qui extra omnem beneuentanam prouinciam sunt; et nunquam eos contra uos irritans irritare faciam, et nullum eis adiutorium impendam uel impendere faciam; et adiuuabo uos absque omni iniusta dilatione usque ad summam uirtutem, sicut melius potuero, cum populo meae partis, ut pariter expellamus de ista prouincia nostra omnes sarracenos quomodocumque potuerimus; et amodo, ut dictum est, nullum sarracenum recipiam uel recipere permittam, praeter illos qui temporibus domni siconis et sicardi fuerunt christiani, si magarizati non sunt. Et praesentaliter, antequam domnus ludouicus rex cum suo exercitu exeat de ista terra, do in uestram potestatem gastaldatum montellam cum omnibus castellis eius et medium gastaldatum acerentinum, sicut supra dictum est, si ullo ualuerimus ingenio.

25. Ita et amodo et nullam laesionem faciamus ego et populus meus ad ipsum populum et terram omnemque facultatem eorum, quantum exinde debet uenire ad uestram portionem per meam uoluntatem. Et amodo de gastaldatum montella et medio gastaldatu acerentino, qua parte coniunctus est cum latiniano et consciam, numquam hominem recipio, neque illuc ego hominem pro tuo damno dirigam, praeter cum uestra uoluntate pro uestra saluatione, ut ipsi redeant ad fidem et potestatem uestram, et si exinde habeo homines, reddo eos.

26. Haec omnia uobis quibus supra, siginolfo principi et ei qui per tuam uoluntatem in salerno ciuitate princeps fuerit electus, et obseruare faciam ego radelgisus princeps absque omni fraude uel malo ingenio uel quocumque argumento occasionis seu dirruptionis.

27. Si uero populus portionis meae cum populo uestrae partis ierint per credentiam in exercitu quocumque, et quolibet modo occiderint uel apprehenderint uestros honoratos ac uassallos, et ausae fuerint duodecim personae, quale uos quaesieritis, iurare ad sancta dei euangelia ut neque per consensum meum, neque per uestram contrarietatem talia uobis facta sint, faciam uobis tradere in uindictam, quamcumque uolueritis, illos solummodo qui perpetrauerint atque consenserint, si aberi potuerint; et si ipsae duodecim personae non fuerint ausae satisfacere de consensu meo, sicut raedictum est, tunc dabimus donno nostro imperatorit 10 millia bizanteos aureos, et eos qui tale malum egerint, prademus ad uindictam, qualem uolueritis.

28. Et cum pactum istud firmatum fuerit, reddam tibi siginulfum praesentaliter petrum filium landonis, et paldefrit filium paldulfi, si tu mihi reddideris adelgisum et ladelgisum filios meos, et potonem nepotem meum.

---

# IN LEGES LANGOBARDORVM

## INDEX ET GLOSSARIVM.<sup>1</sup>

- Abbates** *Ahi.* 16. 19. *Adel. prol.*  
**abberentur** *Lebur.* 10. *cfr. com-*  
*beremus.*  
**absentare** *Li.* 54.  
**abthin** *Li. not.* 2. *Corrige:* a per-  
*tinente.*  
**accri** *uid. fonsaccri.*  
**acerentinus** *gastaldatus Rad.*  
**actionarii** *regis, ducis Sic.* 12.  
**actogild, actugild** *Ro.* 229. 248.  
 263. 268. 293. 320. 321. 340—  
 342. 347. 372. 375. *Li.* 34. 35.  
 40. 41. 57—59. 108. 144. 151.  
*duplum actog. Li.* 59. *cfr. sibi*  
*nonum.*  
**actor, actionarius** *Ahi.* 7. c. 12.  
*cfr. Pabst Herzogthum p.* 493.  
**actor de loco** *Ahi.* 20. *publicus*  
*Li.* 42. *cfr. Li.* 56. 57. 63. 121.  
 143. 144. 151. 154. *regis Ro.*  
 272. 374. 375. *Li.* 59. **actores**  
*nostri Li.* 78. *notit.* 2. *uid.*  
*gastaldius, rex.*  
**actum commissum habere** *Li.* 149.  
*cfr. Ro.* 375. *Li. notit.* 1: *curtes*  
*commissas habent.*  
**ad** (= a) *ad actoribus Li.* 59 *fi.*  
*in cod. Verc. et Concord.* 45,  
 9 *fi. ad casa Ahi.* 7.  
**adaequatio sortium** *Li.* 70. 74.  
**adminicula uitis, amenegolaria** *Ro.*  
 292. *Gl. Cau.* 18.  
**adpraetiare** *Ro.* 11. 12. 14. 19.  
 140. 142. 280. 377. 387. *Li.* 84.  
 85. 89. **adpr. pro libero homine**  
*Ro.* 374. *vid. qualiter, secundum,*  
*sicut.*  
**adtendere ad aliquem** *Ro.* 10.

1) Numeri si speciali nota carent, singula principum capita significant, quorum nomina hisce initialibus litteris indicantur:

*Ad.* = Adelchis princeps Beneuenti, pag. 176 sqq.

*Ahi., Aist.* = Ahistulfus rex, pag. 161 sqq.

*Areg.* = Aregis princeps, pag. 170 sqq.

*Glo. Epur. Matr. Cau. Vat.* = Glossae Eporedianae etc. pag. 648—657  
 maioris editionis.

*Greg.* = Gregorii ducis pactiones, pag. 183 sqq.

*Gri.* = Grimoaldus rex, pag. 73. sqq.

*Lebur.* = Consuetudo Leburie et pactum, pag. 180 sqq.

*Li.* = Liutprandi leges et notitia, pag. 76 sqq.

*Merced.* = Memoratorium de merced. commacinorum, pag. 147 sqq.

*Radelg.* = Radelgisus dux, pag. 195 sqq.

*Rat.* = Ratchis rex, pag. 152 sqq.

*Ro.* = Rothari regis Edictus, pag. 1 sqq.

*Sicard.* = Sicardi pactio, pag. 185. sqq.

- aduena homo** *Li.* 44.  
**adiuere** *Ro.* 176. *Li.* 97. 113.  
**adulterare** *Ro.* 196. *Li.* 95.  
**adulterium** (= stuprum) *Ro.* 213.  
*Gri.* 8. *Li.* 104.  
**se adunare** *Ro.* 263.  
**aduniare** *uid.* eduniare.  
**aetas legitima** *Ro.* 155. *Li.* 19. 99.  
117. *infra aetatem* *Li.* 58. 74.  
75. 99.  
**ahamund, amund, haamund** *Ro.* 224.  
235. *Li.* 23. 55. 97. 98. *Ahi.* 11.  
**ahis** *uid.* hais.  
**ahist, aist, aistan** *uid.* haist.  
**aidi** (= consacramentales) *Ro.* 359.  
*Anglos.* æwda.  
**aldio, aldius** *uid.* haldius.  
**alia talis** *Ro.* 379. *Li.* 98. *Ahi.* 23.  
**alium similem** *Ro.* 272—274.  
**alpe, ista parte, illa parte, trans**  
**alpes** *Li.* 44. 84. 88. 109.  
**altare, circa a. dimittere** *Li.* 23.  
*Ahi.* 11. 12.  
**alterum tantum** *Ro.* 259.  
**ambulatoria** *Ro.* 297.  
**amita** (*genit.* amedanis) *Li.* 145.  
*Ahi.* 10. ametanes id est thie  
*Gl. Cau.* 145.  
**amund** *uid.* ahamund.  
**anagrif, anagrif, anagrip, anagrifh**  
*Ro.* 188. 189. 190. 214. *Li.* 127.  
pro culpa i. e. anagrip. *Ro.* 189.  
*cfr. Li.* 60. 94. 125. 127. *Gl.*  
*Matr.* 26. *Gl. Cav.* 2. 142. *Gl. Vat.* 3.  
**ancilla gentilis, romana** *Ro.* 194.  
**ministerialis** *Ro.* 376. **palatii** *Li.*  
24. **rusticana** *Ro.* 376.  
**ande - gauuēre** (= manufirmatio,  
Handfeste) *Ro.* 225. *cfr.* ari-  
gauuēre.  
**angariae** *Sic.* 14.  
**in angar-gathungi** *Ro.* 14. 48. 74.  
*cfr.* secundum generositatem,  
nationem, qualitatem.  
**anima** (= uita) *Ro.* 1. 3—5. 7.  
279. *Li.* 37. *Rat.* 12. *Sed animae*  
*periculum qui incurrit, non ad*  
*mortem damnandus est, quod*  
*verbo occidatur iubetur* (*Ro.* 13.  
142). **animam redimere** *Ro.* 36.  
pro anima, animabus *Li.* 73.  
*Ahi.* 12. *Areg.* 14. 16.  
**anni 2 uel 3** *Li.* 80. 119. **tres** *Li.* 18.  
**quinque** *Ro.* 228. *Li.* 16. *Ahi.* 18.  
*Sic.* 2. **decem** *Li.* 16. **duodecim**  
*Ro.* 155. *Li.* 19. **decem et octo**  
*Li.* 117. *Areg.* 6. **uiginti** *Li.* 16.  
*Lebur.* 1. **triginta** *Li.* 78. 105.  
*notit.* 2. *Ahi.* 18. 22. *Areg.* 15.  
**quadraginta** *Li.* 70. *Ahi.* 18.  
**sexaginta** *Li.* 78. *notit.* c. 2.  
**anni circulus** *Areg.* 12. **spatium**  
*Ro.* 74. 112. 127. 361. *Li.* 24.  
96. 100.  
**antestare** *Ro.* 29. *Li.* 39. **uiam**  
**antestare** *Ro.* 27.  
**antiqui nostri** *Ro.* 74. *uid.* conpo-  
sitio.  
**anulo subarrare** *Li.* 30.  
**apeculare** *Ro.* 318.  
**aqua negare** *Rad.* 3. *cfr.* *Ro.* 306.  
*Li.* 136 *fi.* *Sic.* 1. *cfr.* erba.  
**arbitrare plagas** *Ro.* 352.  
**per arbitrium iudicare** *Li.* 28.  
*cfr.* 73. *Prolog.* a. XIII. XIV.  
**arbor sanctius** *Li.* 84.  
**arcum uoluere** *Merced.* p. 178.  
**arga** *Ro.* 381. *Paul. Diac.* VI, 24.  
*Papias:* arga cucurbita.  
**ari** 1) = hari, exercitus; 2) = *Anglos.*  
ear, auris; 3) = sibi? *uid.* aritraib.  
**ari-gauuēre** secundum legem lan-  
gobardorum (= adfirmatio testi-  
monii?) *Ro.* 225. *cfr.* *lex Gunde-*  
*bati* LX, 3: tractus aures secundum  
consuetudinem barbarorum. *Lex*  
*Baiuar.* XVI, 2: testis per aurem  
tractus esse debet, quia sic habet  
lex uestra. *cfr.* andegauuere.  
**arimanna** *Rat.* 6.  
**arimannus** (= exercitalis) *Ro.* 373.  
*Rat.* 10. ar. iudicis *Li.* 44. *Rat.*

1. 2. 4. *Ahi.* 4. *arimanni nostri* *Li. notit.* 2. *cfr.* *baro, exercitalis, homo.*
- arioli, ariolae* *Li.* 84. 85.
- arischild, arschild* *Li.* 134. 141.
- aritraib* *Ro.* 379. *cfr.* *sibi tertius.*
- arma* (*sing. femin.*) *Ro.* 307. *sacrata* *Ro.* 359. 366. *Gri.* 4.
- aruspicia* *Li.* 84.
- aruus campus* (= *fonsaccri*) *Ro.* 358.
- asses, axes* (= *Platten*) *marmoreae* *Merced.* 7. *axibus claudere* *ibid.* 3.
- astalaria* *uid.* *stalaria.*
- astalin, anstalin* *facere* *Ro.* 7.
- asto* *Ro.* 229. 264. 342. 357. *Gri.* 7. *Li.* 71. 151. *asto animo* (= *uoluntarie*) *Ro.* 146. 149. 201. 344. 345. *Li.* 118. 146.
- auaria* *Rat.* 9.
- auctoritatem suam* *Ro.* 308. *Li.* 148. *cum auctoritate* *Ro.* 311.
- ausare* (*Gall. oser*) *Ro.* 344. 345. 363.
- austria* *Li.* 61.
- austria et neustria* *Li. prol. a. I. V. VIII. XIV. XVII.*
- axegia* *Ro.* 286.
- axis* *uid.* *asses.*
- azalatio* (= *assalto?*) *Adel.* 7. *uid.* *zala.*
- Barbaricum** *Sic.* 16. *Rad.* 18.
- barba, barbas, gen. barbanis* (= *patruus*) *Ro.* 163. 164. 186. *Li.* 145.
- baro liber* *Ro.* 14. *barones nostri* *Ro.* 17.
- basilica* *Li.* 143. *Ahi.* 17. *in bas. sepelire* *Areg.* 17. *cfr.* *custos.*
- battit, battiderit* *Ro.* 351 — 353. *Li.* 123. 124. *Sic.* 9.
- battitura* *Li.* 124.
- battutus, battudus* *Ro.* 41. 125. 374.
- beneficium* *Ro.* 327. 328.
- beneuentum* *Li.* 88. *Rad.* 10.
- beneuentana prouincia* *Rad.* 1. 24. *principatus* *Sic.* 1. *Rad.* 24.
- beran* (= *gignere*) *uid.* *fulboran, uuidribora.*
- biscario* *uid.* *ouescario.*
- bluttare* *Li.* 35.
- bonae fidei homines* *Ro.* 146.
- borbitaria* *uid.* *corbitaria.*
- boues iunctorii* *Ro.* 251.
- brebi facere* *Li. not.* 4. *in br. statuere* *Rat.* 13. *prolog. brebem scribere* *Adel.* 8. *per breue donare* *Rad.* 21.
- Caballicare, caballicatio** *Rat.* 4.
- caccabi* *Merced.* 7.
- cadarfreda* *uid.* *gawarfida.*
- calcariae* *Sic.* 14.
- calculus iudicialis* *Areg.* 4.
- calumnia generatur* *Ro.* 188. *calomnia habere* *Ahi.* 15. *calomnias inponere* *Li.* 131.
- calumniator* (= *actor*) *Ad.* 6.
- camfio, camphio, campio* *Ro.* 9. 198. 202. 213. 368. *Li.* 118. *conductus* *Li.* 118. *cfr.* *pugna.*
- caminata* *Merced.* 6.
- cancelli abietarii* *Merced.* 6.
- canonica abbatia* *Rad.* 4.
- capellare, scapellare* *Ro.* 149. 294. 300. 302. *Li.* 45. *Merced.* 4.
- in capillo* *Li.* 2. 3. 4. 145.
- capistrum de cauallo* *Ro.* 298.
- capitulare* *Ahi. a. I. prol. capitularius* (= *foedus*) *Greg.* 8.
- capitulum* *Rat.* 7.
- capsum* (*Ital. casco*) *Ro.* 59.
- capuanus comitatus* *Greg.* 1. *principatus* *Leb.* 5.
- caput cum notrimen* *Ro.* 229. *caput tantum* *Ro.* 148. 256. *in caput esse* *Ro.* 280. *Li.* 94. *per caput succedere* *Li.* 13.

- carcer sub terra** *Li.* 80.  
**carolas** *Merced.* 5.  
**carracium** *Ro.* 293.  
**carrum** *Li.* 82. *Areg.* 11.  
**carta, cartola** *Li.* 148. *falsa Ro.* 243. *Li.* 22. 29. 91. *uerax Leb.* 9. *Greg.* 4. 6. *libertatis Li.* 10. *scribenda Li.* 22. 91.  
**casa** *Li.* 12. 69. 94. *incensa Ro.* 19. *mancipiata Ro.* 227. *massaria 352. Ahi.* 2. *ordinata tributaria Ro.* 252. *Li.* 59. *serui massarii Ro.* 234. 352. *serui rusticani Ro.* 280. *tributaria ex curte regis Li.* 59.  
**ad casa** *Ahi.* 7. **in casa remanere** *Ro.* 199. 216. *Li.* 14. **casam faciendum** *Ro.* 145.  
**cassina** *Ro.* 379.  
**castanea** *Ro.* 301.  
**castrum (aut civitas)** *Ro.* 243. 244.  
**casum facientem** *Ro.* 387.  
**causa maior, minor, leuis** *Ahi.* 20. *dei Li.* 30. *regalis Ro.* 369. *Li.* 59.  
**causam antepone** *Sic.*  
**causa prouata** *Li.* 70. 72.  
**causator** *Li.* 25. *Ad.* 7.  
**cautio renouata** *Li.* 16. **cautionem sanare** *Li.* 66.  
**celsitudo nostra** *Li.* 14 *f.*  
**censilis homo** *Lebur.* 12. *cfr. tertiator.*  
**censum persolvere** *Lebur.* 1. *reddere Li.* 133. *Rad.* 4. *cfr. redditum facere Ahi.* 12.  
**cespites** *Ahi.* 12. *Gl. Cav.* 30.  
**cicono** *Ro.* 317.  
**civitas** *Li.* 25. 35. 38. *aut castrum Ro.* 243. *iudicis Li.* 80. *ubi rex est Ro.* 37—40. **ciuitatis murus** *Ro.* 244. *cfr. gastaldatus, iudicaria.*  
**clasma** *Sic.* 1.  
**clausura** *Ro.* 29. *Li.* 86. *cfr. clusa.*
- clericare seruum** *Li.* 53.  
**clericatus gradus** *Rad.* 6.  
**clericus** *Li.* 153.  
**clusa, clusarius** *Rat.* 13. *Ahi.* 5. 9. *uid. sclusa.*  
**cocurra** (= *cocer, Köcher*) *Ahi.* 2. 3.  
**cognata** (= *uxor fratris*) *Li.* 32. *Areg.* 7.  
**coheres** *Ro.* 247. *cfr. gafans.*  
**collata** *Sic.* 2. 32. 45.  
**collega (militis)** *Ro.* 7. **furoni** *Ro.* 232. 266. **ad malum sanandum** *Ro.* 307.  
**collegantes** *Ro.* 138.  
**colonus** *Sic.* 43. **tertiator** *Sic.* 32.  
**comberemus** (= *confirmemus?*) *Greg.* 7. *cfr. abberentur.*  
**comites** *Ad. prol.*  
**commacinus magister** *Ro.* 144. 145. *Merced. rubr. c.* 5. 6.  
**commater** *Li.* 34.  
**commissum habere** *uid. actum. curtes.*  
**conciatura** *Ahi.* 2.  
**concilius rusticorum** *Ro.* 279.  
**conditio haldio imposita** *Ahi.* 11. *Gri.* 1. **conditionem debere** *Li.* 9.  
**condoma** (= *συνοικία*) *Gl. Cav.* 29.  
**conductura** *Ro.* 327.  
**confabulati** *uid. fabula, gamahalos. Gl. Epor.* 30.  
**confugium ad ecclesiam** *Li.* 143.  
**conliberti** (= *uicini*) *Ro.* 368. *cfr. 344. 346. Li.* 8. 38. 91. 131. *Rat.* 2. 3. *aut parentes Ro.* 368. *Li.* 8.  
**conligare poenam** *Ahi.* 16. *cfr. obligare.*  
**conludius** *Ro.* 231. *Li.* 43. 111.  
**comparare** (*ital. comprare*) *Li.* 54. 70.  
**compellare** *Li.* 88. 90. 96. **compellatio** *Li.* 97.  
**completum** (= *solutum*) *Rat.* 8.

- conpositio** *Ro.* 162. *Li.* 17. *notit.* 3. *Ahi.* 16. *cfr.* uuergild. **conpositio** anterior, antiqua *Li.* 20. *cfr.* *Ro.* 74. *dupla Ahi.* 17. *cfr.* maior *Ro.* 74. secundum legem *Rad.* 20. occisorum *Areg.* 5.
- consignatio** *Rad.* p. 223.
- consimilis res** *Li.* 43. *cfr.* ferquido.
- constitutus dies** *Ro.* 361. *Li.* 17. 18. 41.
- constitutum** (= *Frist*) 30. 60. dierum *Li.* 110. ponere *Li.* 27. *Ahi.* 21. tempus *Areg.* 6.
- constrictus a rege** *Ro.* 185. *cfr.* districtus, disciplina.
- consuetudo** *Li.* 62. *Ahi.* 16. 17. *Ad.* 1. 8. anterior *Li.* 21. 28 *epil.* antiqua *Ro.* 369. *Li.* 118. *Leb.* 12. *Sic.* prisca *Sic.* gentis langob. *Li.* 118. leburiae *Leb. rubr.* loci *Ro.* 344. 346. terrae istius *Li.* 95. (compositionis) *Ro.* 344. 346. *Li.* 62. *Sic.* 6.
- contestatio tertia, quarta** *Ro.* 272. *Sic.* 16.
- conuenientia** *Li.* 107. *Ahi.* 16.
- conuentus ante ecclesia** *Ro.* 343.
- copolati** *Li.* 142.
- corbitaria** *uid.* horbitaria.
- credentia** *Rad.* 27.
- crimen inicere** *Ro.* 343. mittere *Ro.* 213.
- cruce contendere** *uid.* iudicium dei.
- culpa** (= poenae summa) exigitur, quaeritur *Ro.* 369 *et saep.* requiritur *Ro.* 15. pro culpa *Ro.* 253. 254. 374. *Gri.* 3.
- curtis regis** *Gri.* 8. priuati *Ro.* 273. foris curtem *Ro.* 379.
- curtis commissa** *Li.* *notit.* 1.
- curtis ruptura** *uid.* hoberos.
- custos basilicae** *Li.* 143. ecclesiae *Ahi.* 16. 19. *Areg.* 17. *exenodochii Ahi.* 16. locorum uenerabilium *Ahi.* 18. 19. *uid.* praepositus.
- Da** (= de, a) *Li.* *notit.* 5. *Rat.* 13.
- damnum arbitratum** *Ro.* 346.
- dealbare** *Merced.* 3.
- debitus** *Li.* 57.
- decaluationis poena** *Li.* 80.
- decernere pro anima** *Areg.* 16. *cfr.* iudicare.
- defendere se per pugnam, per sacramentum** *Li.* 11.
- defensa silua** (*Angl.* fenced) *Li.* 151.
- deliciosi** *Rat.* 12. *Gl. Epor.* 107.
- deportare** *Rat.* 7.
- desiderius rex** *Ad. prol.*
- detinentia** *Rad.* 22.
- nec dicenda opera** *Li.* 85.
- dies 2 infra septimanam** *Areg.* 6. 3 *Li.* 128. 4 *Li.* 25. 6 *Li.* 25. 8 *Li.* 27. 9 (noctes) *Ro.* 274. *cfr.* *Alam. tit.* 69. 12 *Li.* 25. 108. (noctes 12 *Ro.* 361. *Li.* 109. *Ahi.* 21.) 15 *Loth.* 79. 20 *Ro.* 252. *Ahi.* 21. 30 *Li.* 109. 110. 147. *Sic.* 7. 60 *Ro.* 252. *Li.* 108 — 110. sponsaliorum *Ro.* 178. 192. traditionis nuptiarum *Ro.* 181. uotorum *Li.* 3. 103.
- dilatacio** *Sic.* 3.
- dirruptio** *Rad.* 26.
- disciplina** *Li.* 141. (*cfr.* indisciplinatus.) *distringere Li.* *notit.* 2. *suscipere Rat.* 10. **disciplinae et imperio subiacerere** *Areg.* 6. *per disciplinam caedere Li.* 80.
- discipoli seruorum** *Ro.* 135. 136.
- disfigurare caballum** *Ro.* 341.
- dispignerare** (= pignus luere) *Ro.* 346.
- districtio** (= coercitio) *Li.* 80. *per districtionem manifestare Li.* 56.
- distringere** *Li.* *notit.* 2. **districtus ab stolesazo** *Ro.* 150. **distringi per actorem regis** *Ro.* 200. *cfr.* constrictus, rex.
- dominatio** *Leb.* 14.
- dominatus** *Leb.* 1.



**dominus certus** *Ro.* 343. **proprius** *Ro.* 339. 347. 348. **religiosae feminae** *Li.* 95. **tertiatorum** *Sic.* 14.

**domocoltilis** *uid.* curtis, terra.

**domus sacerdotis** *Ro.* 272.

**drudus** *uid.* duddus.

**ducatu beneuenti** *Ad. prol. Sic. prol.*

**duddus et referendarius ducis beneuentani** *uid. Pabst Herzogtum p.* 471. *Gl. Epor.* 108: **ostiarius.**

**dupli conpositio** *Ahi.* 16. **duplum actogild** *Li.* 59. **exigere** *Ahi.* 17. **in duplum, duplo reddere** *Sic.* 1. 6.

**dux, duces** *Ro.* 6. 20—25. **beneuenti** *Ad. prol. neapol. Greg. prol. c.* 3.

**Ecce bene** *Li.* 128.

**ecclesia** *Ro.* 35. 272. 343. *Li.* 73. *Rad.* 4. 8. **dei** *Li.* 143. **neapolitana** *Sic. prol.*

**ecclesiastici in palatio** *Areg.* 4.

**edictus, edictum** *Roth. rubr.* 379. *Gri. prl. Li.* 104. 106. 117. 120 *fi.* 130 *fi.* 133. 147. *Li. a.* XII. *prol. XXII. prol. XXIII. prol. Ratch. c.* 13. *prol. Ahi. a. V. prol. iuxta, secundum edictum Li.* 54. 86. 103. 117. 130. 141. *Ad.* 2. 6. **secundum antiquo edicto** *Li.* 141. **secundum anteriorem edictum** *Li.* 65. 138. 149. *cfr.* 123. 130. *Ahi.* 14. **iuxta anteriorem edictum** *Li.* 86. **edictus antiquorum regum** *Ahist. a. I. prol. in hoc edicto Li.* 141. **edicti pagina** *Gri. prol. Li.* 35. 103. 119. 123. 130. *Li. prol. a. XII. XIX. XXIII. Rat. prol. 6. Ahi. 7. 9. prol. a. V. Ad. prol. in praesenti pag. edicti Li.* 35. 83. **epil. superior edicti pag.** *Gri. prol. anterior pag. edictus Li.* 119. *Ratch.* 6. **in edicti pag. adiungere** *Li. XXIII prl.* 83. **epil. adfigi** *Ahi. V. prol. secundum anteriorem edicti paginam Li.* 103. 123. 130. **edicti tenor**

*Li.* 117. 141. *Ad.* 2. 6. **edicti corpus** *Li. prol. a. V. IX. XI—XVII. XXII. Ad. prol. edicti tituli Li.* VIII. *prol. edicti capitula Li. IX. prol.* 128. *Ahi.* 11. **edictum renouare** *Li. a. I. prol. edictus contenit Li.* 24. 95. 104. 106. 119. 120. 138. 147. 150. 151. *Ahi.* 18. **habit?** *Li.* 151. **in edicto contenetur** *Li.* 87. **legitur** *Ro.* 379. *Li.* 15. 17. 31. 36. 123. 124. 137. *Ahi.* 11. **statuere. instituere, constituere,** *Li.* 61. 94. 96. **scribere** *Li.* 118. *Rat.* 13. *prol. scripta Li.* 133. **ponere** *Li.* 141. **adiicere** *Li. IX. prol. adfigere Li.* 128. 130. 138. *a. XXII. prol. 141. Ahi. a. V. prol. adiungere Li. a. XXIII. prol. Li. XI. prol. adnotare et iungere Li. XXII. anterior edictus Li.* 15. 17. 20. 24. 36. 61. 65. 86. 87. 94—96. 103. 117—120. 123. 124. 128. 130. 134. 138. 141. 149—151. *Rat.* 6. *Ahi.* 6. 11. 14. 18. **anterior [Liutprandi] edictus** *Li.* 103. 117. 118. 128. 134. 138. 149. **anter. edictum corrumpere** *Li.* 149. **in edicto adfiximus** *Li.* 128. 138. **edicto quod rothari uel nos instituimus** *Li.* 134.

**edoniare, eduniare, idoneare se** (= sacramento se purificare, *reinigen*) *Ro.* 2. 9. 272. 345. 364. *Gr.* 2. *Gl. Epor.* 31. 41. *Matr.* 46. *Cau.* 28. 38. **Vox se non additur** *Ro.* 2. **edon. libertatem** *Ahi.* 22. **cartam uid. idoneare. aduniare male cod. Verc. et ed. Vesm.**

**edor** *uid.* idertzon.

**episcopus aut sacerdos** *Ro.* 272. **episcopi, episcopatus** *Rad.* 4. 6.

**erba negare** *Ro.* 358. *Radelg.* 3. *uid.* herba.

**eremmanos (arimannos?)** *Li. not. c.* 5.

**esca** *Ro.* 349.

- esclum** *uid.* hisclo.
- euangelia** posita *Li.* 61. ad euangelia iurare *Li.* 85. *Greg.* 3. *Rad.* 27. satisfacere *Li.* 109. per euangelia firmare *Li.* 118. per euangellum dicere *Li.* 70. *notit.* 1.
- excepto** *c. accus.* *Ro.* 195—197. 320. 360 *et saep.*
- excusaticum** *Sic. index* 29.
- exeneodochium** *Li.* 73. *Ahi.* 16. 17.
- exenium** nuptiale *Ro.* 184. ad ducem *Sic.* 14. *cfr. Greg. M. epp.* XI, 33. XII, 21.
- exercitalis** *Ro.* 20. 373. *suus* *Ro.* 23. 24. *exercitales alii* *Ro.* 373. homo (= minima persona) *Li.* 62. *exerc.* uel miles *Sic. index* 20. *cfr. arimannus.*
- exercitalibus** armis militare *Areg.* 4.
- exercitare** *Sic.* 19.
- exercitus** noster (= populus) *Ro.* 386. publicus *Ahi.* 21. *Sic.* 2. in exercito ambulare *Li.* 83.
- exfundare** se *Leb.* 12.
- exhereditare** *Ro.* 168—170 *et saep.*
- Fabola** firma, firmata *Ro.* 144. 178. 179. 191. *uid.* meta *et* confabulati.
- fabola** inter uicinos *Ro.* 346. *cfr.* loci consuetudo, conliberti. prior fabula *Ro.* 179.
- facere** haldionem *Li.* 23. mundium *uid.* mundius. suum (= probare) *Ro.* 232. 355. quod uoluerit, placuerit *Ro.* 202. *Li.* 121. *Rat.* 10. *Ahi.* 15. *Rad.* 19. 27. *cfr. Lex Gundeb.* 12, 3.
- facultas** (= bona) *Ro.* 200. 231. *cfr. uirtus.*
- facundia** (= facultas) loquendi *Ro.* 367. *Li.* 54. 105. repetendi *Li.* 96. requirendum *Li.* 16. 97. 108.
- faderfyo, faderfio, fadrin** *Ro.* 182. 199. 200. *Gl. Cau.* 36. 43. *Gl. Vat.* 25. *cfr. Ro.* 181. (*Anglos. fäderingfech*).
- fagangi** *uid.* fegangi.
- faida** (= inimicitia) *Ro.* 45. 75. 138. 188—190. 214. 326. *cfr.* 162. 280. faida et dolus *Li.* 136. faidam habere *Li.* 119. faida crescit *Li.* 135. faida et anagrip componere *Li.* 127. faidam deponere *Ro.* 162. leuare (liberare) *Li.* 13. postponere *Ro.* 74. non requirere (*i. e. Fehdegeld*) *Ro.* 387. *Gri.* 8.
- familiae** (*scil. haldiorum uel seruorum massariorum*) *Ahi.* 12. familias commutare *Ahi.* 16. familias possidere *Li.* 90.
- famis** tempus *Li.* 149.
- famuli** *Ad* 1.
- fand** *uid.* phant, gafand.
- fara** (cum fara migrare) *Ro.* 177. *Gl. Matr.* 20: fara id est rebus. *cfr. generatio.*
- faticare** per pugna *Li.* 71.
- fatigationes** *Li.* 59.
- fatigium** ex acceptione *Li.* 31.
- fegangi.** *Haec uox incertae originis, cuius uestigia in codice Sangallensi prorsus perierunt, in ceteris codd. quinque locis habetur (Roth. 253. 291. 372. Gri. 9. Li. 147), ita tamen ut decem et septem uariis modis scripta appareat. Legimus enim fagang, fegang, figang, fagangi, fegangi, figangi, figangin, feganichis, figangis, figanges, finganges, fegangit, fecangit, figangitus, figantes, figandus, fugange; quibus octaua decima forma accedit in diplomate Mediolanensi a. 796 a Fumagallio p. 96. edito, ubi sic habetur: si per dies tregesta liberare neglexerimus de quod uos detenuaeretes, tunc feganges in uestras maneat potestatem faciendum quod uoluaeretes. Glossa Eporrediana 15 habet: figangit, id est trasata morte. — Significat*

- autem conditionem eius, qui delicti causa ab altero correptus, arbitrio eius ita subiicitur, ut is faciendi de eo liberam habeat potestatem; quae quidem conditio in lege Gundebati tit. 12. §. 3 raptoris (cfr. Li. 121 med.), in langobardorum edicto furis manifesti in ipso furto tenti, poena erat. Li. 147: sint figanges et habeat eos in transacto, cui furtum fecit. Sed ante Rotharenem fures in furto tenti semper in hanc poenam incidisse uidentur; arctioribus finibus rem magis magisque in edicto circumscriptam inuenimus. Primum enim pro omnibus rebus, quarum pretium decem siliquas, uel in quibus poena furti non manifesti sex solidos non excedebat, pecuniae solutione, uel 80 uel 40 solidorum, reorum redemptio fieri concessa fuit (Ro. 253. 254. 291); deinde liberae mulieres in omnibus furtis ab ea conditione exemptae sunt (Roth. 257), haldiae uero et ancillae eatenus, ut intra triginta dies quadraginta solidis liberari possent (Ro. 258. Li. 147). Seruos denique regis pariter nunquam fegangos fieri Rothari iusserat c. 372. — Pignora autem uel uadia per legem commissoriam amissa fegang appellata fuisse, non ex uerbis edicti, sed ex instrumento a Fumagallio edito apparet. Reliqua uide in indice maioris editionis.*
- femiuae religiosae dominus** *Li. 95. mundoald* *Li. 93.*
- ferea, fereua, fereha, fercha, ferrea** (= esclum) *Ro. 300. Gl. Cau. 45. Gl. Vat. 28.*
- ferquido, ferquidûs** (= similes) *Ro. 147. 175. 330. 337. 349. Li. 151. ferquidi eorum* *Rad. 17. cfr. Ro. 339. Li. 43.*
- ferratura** *Rat. 4.*
- ferre** (= auferre, tollere) *maritum* *Gri. 8.*
- fideiussor** *Ro. 346. 360—362. Li. 128. de sacramento* *Ro. 360—362. sponsaliorum in meta datus* *Ro. 190—192. fideiussorem ponere* *Ro. 366. Li. 117. cfr. fideiussorem de audientia in lege Gundebati tit. 82.*
- fideles nostri, regis** *Li. a. IX. prol. XII. prol. XIV—XVII. XXIII. prol. c. 96.*
- fides** *admittitur* *Ahi. 16.*
- fiduciae nexus** *Ro. 174.*
- filiastra** *Areg. 7.*
- filiûs facere** *Ro. 231.*
- fnita causa, poena** *Ro. 281. 370.*
- firmare** *uid. euangelia, fabula, testimonium.*
- firmis** *Li. 55. 59.*
- flumina** *Sic. 13.*
- fonsacri fornachar** (= aruus campus) *Ro. 358. Gl. Matr. 49. Gl. Cau. 47. Gl. Vatic. 29. 33. cfr. Graff I, 133.*
- ad fontanas adorare** *Li. 84.*
- foris ciuitatem** *Sic. 8. prouincia exire* *Li. 11. prouincia uendere* *Li. 80. 84. uid. prouincia. ab intus a foris* *Ro. 304.*
- fornecaria** *Ro. 189. 198.*
- fracta** *Sic. index 24. cfr. clasma.*
- fraiatum** *Gl. Vat. 54. fragiare* *Ro. 315. 328. Gl. Cau. 20. 52.*
- fraida** *Ro. 275. Gl. Matr. 37. Cau. 69. Vat. 52.*
- franci** *Rad. 3. de franco comparare* *Li. 79.*
- frea aliena** *Li. 94. sua* *Li. 120.*
- friboran?** *uid. uuiribora.*
- frustare** *Li. 141. i. e. scuquare* *Gl. Epor. 93.*
- pro fuga sol.** *20. Gri. 3.*
- fugaces** *Sic. 6.*
- fugire** *Ro. 3.*

**fulborn** (*vollbürtig, wolgeboren, anglos. fulboren*) *Ro.* 154.

**fulcfree** (*anglos. folcfry, folcfrig = volkfrei, gemein frei*) *Ro.* 216. 224. 225. 257. *Li.* 9. 23. 55. 142. (*cfr. anglosaxonica folcland, folcriht.*) *thingare Li.* 9. 55.

**fundare massam** *Merced.* 5. *tertiatorem (= ansezen)* *Leb.* 12.

**fandi exfundani** *Leb.* 11.

**fundora uel terrae** *Leb.* 4. **fundora fundata, exfundata** (= a *tertiatoribus* uel *habitata, uel deserta*) *Leb.* 2. 4. 5. 11. *Greg.* 3. *cfr. hospitatica.*

**furo, furones** *Ro.* 232. 266. *Li.* 80. *Ahi.* 9. *Sic.* 11. *actor qui super furones erit Li. notit.* 5. *uid. collega.*

**furtare** *Ro.* 16.

**furtum, furtus** *Ro.* 253—259. *Li.* 80. 81. *in furto temptus uid. fegangi. furtum inuenire, quaerere (i. e. rem furtiuam)* *Li.* 56. 79.

**fustem ponere** *Leb.* 12. *per fustem Fumag. num.* 52. *c. a.* 840.

**fyo** *cfr. faderfyo, metfyo.*

**Ga, ca** *uid. gafans, gaforium, gahagium, gaida, gamahali, gasindius, gastaldius, gathungi, gauuarfida, gauuere, cfr. Grimm Gramm. II, 733. 735. 753. RA.* 481.

**gafan, gafand** (*anglos. gifan?*) *Ro.* 247. *id est coheres parens proximior, qui illi ad hereditatem, si casus euenerit, uenturus est Gloss. ad Roth.* 246. *Verius est compraes, Mitbürge, Mithafter. phant = praes. Scherz Glossar. p.* 1200. *Cetera uide in ind. maioris editionis.*

**gahagium regis** (= *Gehäge, Kahain, Hain*) *Ro.* 319. 320.

**gaida et gisil** (*ga-aida, Mithelfer?*) *Ro.* 224. *cfr. 172. Gl. Matr.* 29. *Cau.* 58. *Kal.* 42. 43.

**gairethinx, Garethinx** (= *gauuere-thinx??*) *Ro.* 167. 172. 174. 222. 375. 386. *Li.* 54. *Ro.* 375: *per gairethinx id est donationem. Sed Ro. 172 habetur: de thinx quod est donatio. Inter thinx autem et gairethinx ita distinguendum esse uidetur, ut gairethinx pro mutua donatione, sollemniter peracta, accipiat; nam a simplici launigild, quod aliis etiam negotiis accedere debebat, diuersum fuisse, ex Li. 54. 73, item ex charta Langobarda anni 762 a Capeo Pisis a 1845 edita docemur. cfr. gisil.*

**gallica** *uid. opus.*

**gamahali** *id est confabulati (= affines, gall. alliés)* *Ro.* 362. *cfr. mal.*

**gang** *uid. fegang, uuaregang.*

**gasindio, gasindius regis, nostri** *Li.* 62. (*cfr. Ro. 177.*) *Rat.* 10. 14. *cfr. Pabst Herzogthum pag.* 502 *sqq.*

**gastaldius, gastaldeus, gastaldio,** *anglos. gesteald (= praefectus, Amtmann, Angestellter, Bestallter, a uerbis stellan, gistellan)* *Ro.* 15. 23. 24. *ibiq. index.* 189. 210. 221. 271. 375. *Li.* 59. 78. *Cetera uide in ind. maioris editionis.*

**gastaldatus, gastaldata et loca** *Rad.* 1. 9. 24. 25.

**gathungi** (= *qualitas*) *uid. angargathungi.*

**gauuarfida** (= *coniectio s. communis deliberatio*) *Li.* 77. 133. *Chron. Goth. p.* 645, 41. *per gauuarfida sic iudicatum est Li.* 133. *cfr. Liutpr. 28: per arbitrium iudicare; prol. a. XIV. uuargida (= pagensium uel conuicinatorum iudicatum)* *Capitul. Saxonum a. 797. c. 4 (LL. I. p.* 76).

**geldus, gild** *uid. actigild, nouigeldus, launegild, uuergild.*

- generatio** (= natio armata) *Rad.* 3. *cfr.* fara.
- generositas** (= nobilitas) *uid.* secundum.
- genium** *Li.* 30. **genio** i. conludio *Gl. Epor.* 71. **geniose** i. absconse *Gl. Epor.* 112. *cfr.* ingenium.
- gens langobardorum** *Omnium regum prologi Ad. prol. uid. dux, rex, princeps.*
- gentilis ancilla** *Ro.* 194.
- germanus, germana** *Areg.* 2. 5. 8.
- gisil** *Ro.* 172. 224. *uid.* gaida.
- grap-uuorfin, crapworfin** *Ro.* 15. *ibiq. index. cfr. Gri.* 3.
- grip** *uid.* anagrip.
- groua** (= grus) *Ro.* 317.
- Haamund** *uid.* ahamund.
- habere** (= *Veranlassung haben*) hab. facere, ferire, interficere, scandalum committere *Li.* 134. 138. commissum habere *uid.* actus. res factas habere.
- hais** *uid.* marphais, sculdhais.
- haist-handi, haistandi** *Ro.* 277. *cfr.* haistera handi (*calida manu*) *l. Alam. Hlotar.* 9, *ibiq. Merkel. Frid. I. const. pacis a.* 1156, *Legg. II. p.* 102.
- haist-uulf, ahistulf, aistulf, astulf** rex. *uid. ind. maior. edit.*
- haldius, haldia, aldius, aldio, aldiana** *Ro.* 28. 76—102. (*cfr.* 105.) 126. 127. (*cfr.* 132.) 204—206. 208—210. 216—219. 224. 227. 234. 235. 244. 252. 258. 276. 376—379. 383. *Gri.* 1. *Li.* 10. 23. 53. 58—60. 66. 68. 69. 78. 87. (*cfr.* 95.) 97. 105. 106. 111. 120. 121. 124. 126. 127. 131. 132. 139. 140. 142. 143. 147. *Notit.* 4—6. *Rat.* 7. *Ahi.* 2. (*cfr.* 12. 22.) *Radelg.* 14.
- hand** *uid.* andegauere, haistandi.
- herba, lignum, aquam negare** *Ro.* 358. *Rad.* 3. herba in pugna adhibita *Ro.* 368.
- hiderzon** *uid.* idertzon.
- histriga** (*Gall. estrie*) *Ro.* 197. 198. 376. *uid.* striga.
- ho-berus** i. e. curtis ruptura *Ro.* 278. 373. 380. *Verbum berus repetitur in anglosaxonicis borh-bryce, mundbryce, edorbryce, edorbred, wedbryce.*
- hobescario** *uid.* houescario.
- homo iudicis** *Li.* 44. **suus** *Li.* 55. *uid.* arimannus, exercitalis.
- homines bonae fidei** *Ro.* 146. **consiles** (= tertiatores) *Leb. c.* 12. qui sunt sub tributo *Radelg.* 13. **minimi, qui nec casas nec terras suas habent** *Li.* 83. *cfr. Ahi.* 3. **mediocres, nobiles, rustici** *Li.* 89. *Rad.* 8. 11. 12. 22. qui unum cauallum habent *Li.* 83.
- honor** (= munus) *Rat.* 1. 10.
- honorati ac uasalli** *Rad.* 27.
- horae** 24. *Ro.* 148.
- hor-bitaria, huorbitaria.** *Ro.* 26. *Continet uerba huor, hor, hur* (= stuprum) *et bitar* (= petere, iubere), *ut ad stuprum prouocatio* (unzüchtige Anträge) *toto uerbo significetur. cfr. cucurbita et cucurbitatio, item horgrift in lege Baiuuar. VII, 3. s. VIII, 3. et orbis, urbis uia lacina in lege Sal. tit.* 31.
- hospitica** *Lebur.* 10. 11.
- hostiarius** *Rat.* 12. *Gl. Epor.* 109: **hostiario** i. drudo regis.
- houe-scario** (= scario de curte, hubiscare). *Ahi.* 20.
- Ider-tzon, hiderzon** (= sepes cancellata) *Ro.* 285. *anglos. edor, germ. Gitter.*
- idoneare, eduniare** *Ro.* 2. **se** *Ro.* 272. 345. 364. *Gri.* 2. **libertatem** *Ahi.* 22.
- inantea** (*ital. inanzi*) *Ro.* 276. 340. *Li.* 59 *et saep.*

- incestus, incestuosi** *Areg.* 7. *cfr.* *Li.* 32—34.
- iudisciplinatus seruus** *Li.* 151.
- indecibilis opera** *Ro.* 257. *Li.* 131.
- infiduciare** *Li.* 58. *notit.* 5. *Leb.* 4.
- Infiscare, infescare** *Ro.* 1. *Rat.* 12.
- ab infra foris salire** *Ro.* 304.
- in fraida** *Ro.* 275.
- infugare** *Rad.* 16.
- ingenium** (*ital. inganno*) *uid. genium.*
- inimicitia homicidii** (*Blutfehde*) *Li.* 119.
- in pans** (= homo denarialis, pans = *Pfennig*?) *Ro.* 224,2. *cfr.* *regis manus, uotum.*
- inpublicare** *Li. notit.* 1. 2. 5.
- intentio, intento** *Ro.* 240. **intentio excitata** *Li.* 8. **intentionem mittere** *Leb.* 9.
- insubrinus** *Li.* 34.
- inter non esse, fuerint inter** *Rat.* 6 *et saep.*
- intestatim** *Ahi* 10.
- intrare** (= intrare facere) *Ro.* 19.
- intricare, instrigare** *Ro.* 316. 317. 326. 328. *uid. fragiare.*
- intrinsecus comedere** *Ro.* 376.
- inuasatio** *Li. not.* 2.
- italiae regnum** *Adelch. prol.*
- iudex** (= *gastaldeus, comes, dux*) *Ro.* 25. 167. 264. 386. *Gri. prol. Li. in omnib. fere prologis; c. 8. 14 ff. 22. 25—27. 29. 42. 44. 59. 80. 81. 83. 85. 89. 96. 142. 148. 149. Li. not. 2. Rat. 2. 14. Ahi. 5. 7. 8. 16. Leb. init.*
- iudicare alicui** (pro anima) *Li.* 101. *Ahi.* 14. *Areg.* 14. *cfr.* *decernere. de personis Li. 18. res suas Ro. 225. Li. 19. legem, per legem Li. 28. sacramentum Ro. 362 rubr. solidos (per legem) Ro. 291. 378. Gri. 3. secundum legem Rad. 21. secundum usum Li. XV. prol. secundum arbitrium Li. XV.*
- iudicaria, iudiciaria** *Li.* 27. 44. *Rat.* 1. 13. *Ahi.* 4. 21. *Nostris etiam temporibus regio subalpina, lacui Benaco uicina, Iudicarien appellatur.*
- iudicatum amittere** *Rat.* 1.
- iudicium, iudicius, iudicium dei** *Ro.* 198. *Li.* 118. **percipere, suscipere** *Rat.* 2. **per iudicium finire** *Li. XIV. epit.*
- iuramentum** *Ro.* 265. *uid. sacramentum.*
- iurare alicui** *Li.* 144. **de asto** *Li.* 151.
- iuratus dicat** *Ro.* 146. *Li.* 71. 78.
- iure naturali** *Ro.* 319.
- iurisperiti ueteres** *Areg.* 4.
- iustitiam facere** *Li.* 25. **exquirere** *Li.* 114. **inuenire** (*sein Recht finden*) *Li.* 25. **iudicare** *Ra.* 1. **perdere** *Li.* 75. **persoluere** *Ad.* 2. **seruare** *Ro.* 25.
- iuxta qualis inuentus** *Li.* 86.
- Labores** (= *pretium laborum*) **red-**  
**dere** *Li.* 90. *cfr. operae.*
- lagi** (*anglos. leg*) *Ro.* 384.
- langobardi domini** *Ro.* 226. **lex** *Ro.* 204. 224. *Li.* 91. *Greg. pr. cfr. Ro. 226. leges antiquae Ro. 386. princeps Li. a. I. prol. uid. gens, dux, rex.*
- langubardiscus** *Ahi.* 16. 18. 19. *cfr. LL. I, 41. 43. 83.*
- launegild, launechild** (= *Lohngeld, retributio pro donatione accepta, ital. guidardonum, guidardonare*) *Ro.* 175. 184. *Li.* 43. 54. 65. 73. *Ahi.* 12. *Lebur.* 6. *uid. ind. maior. edit.*
- lebare** (= *leuare*) *Merced.* 1. 5. 6.
- leburiae, liburiae** (= *terra di Lauoro*) *uid. Pactiones p. 180 sqq.*
- liburianus seruus** *Leb.* 13.
- legatarii** *Sic.* 23.
- legitima aetas** (= 12 anni) *Ro.* 155. *Li.* 19.

- legitimus homo** *Li.* 19.  
**leprosus, leprosa** *Ro.* 176. 180.  
**lex, leges antiquae patrum** *Ro.* 386.  
 lex est, fuit, habet *Ro.* 214. 379.  
*cfr.* 229. *Li.* 11. 96. 118. 146.  
 147. sicut lex est et edictus  
 contenit *Li.* 147. legem uetare  
*Li.* 118. iuxta legem *Ro.* 348.  
 per legem agere, iudicare *Li.* 28.  
*XV. prol.* 108. secundum legem  
 dare, defendere, iurare, conponere  
*Ahi.* 14. 18. 19. *Areg.* 1.  
*Rad.* 17. 20. lex componendum  
*Li.* 118. lex langobardorum  
 (omnibus nota) *Ro.* 204. 224.  
 386. *Li.* 91. lex romanorum  
*Li.* 91. 127. lex. rom. aut  
 langob. *Greg.* 1. legem, lege  
 uiuere *Ro.* 224. *Li.* 127. 153.  
 legibus dominorum (*i. e. conditionibus impositis*)  
 uiuere *Ro.* 226. legem (= *ius, legitimam portionem*)  
 suam habere *Ro.* 171. 225. de lege sua  
 subdescendere *Li.* 91. ad legem dei se  
 purificare *Li.* 21.  
**libellario nomine** *Li.* 92.  
**libellus** *Ro.* 227.  
**liberare comprehensos** *Li.* 147.  
 mundium *Ro.* 199. *cfr.* 183. 215.  
**libertatem suam habere** *Li.* 66.  
**libertatis preceptum** *Areg.* 9.  
**libertus** *Ro.* 28. 225. 226.  
**liberum dimittere** *Li.* 23. *Ahi.* 11.  
 12. liuero cremannos *Li. not.* 5.  
**licentiam esse** *Li.* 42.  
**lidinlaib, lidelaib** (= *leztlebend, late aliue?*)  
*Ro.* 173. *cfr. Graff II,* 49. *III,* 855.  
**liguria** *uid.* leburia.  
**loci consuetudo** *Ro.* 344. *cfr.* fabula.  
**loca, loga sanctorum** *Li.* 73. 95.  
 uenerabilia *Ahi.* 16. 18. 19.  
**loco positi** *Rat.* 1. uel fidelis regi  
*Li.* 96. *cfr. Li.* 81. de loco suo  
*Li.* 85.  
**Macinam mutare** (*das Gerüst ver-*  
*ändern*) *Merced.* 2. *Gl. Cau.* 111:  
 macinam id est pontonem.  
**maga** *uid.* masca.  
**magarizati** *Rad.* 24.  
**magister** *uid.* commacinus.  
**magnates** *Ad. prol.*  
**mala tractatio** *Li.* 120. **malo**  
 ordine *Ro.* 228. 232. *Li.* 90. 151.  
*Li. notit.* 5.  
**maucipius fugax** *Ro.* 267 — 276.  
 lebrosus *Ro.* 230.  
**manifestare** (= *confiteri*) *Ro.* 264.  
*Li.* 56.  
**manus mariti** *Li.* 121. **regis** *Ro.*  
 223. *uid.* rex. in manu(s) dare  
*Li.* 121. *Rat.* 10. manus inci-  
 datur *Ro.* 241 — 243. manus ad  
 ligandum, prendendum dare *Ro.*  
 32. 33. *Sic.* 10. ponere *Li.* 29.  
 per mano retradere *Ro.* 183.  
**marahworfin** *Ro.* 30. *ibiq. index.*  
 373. *Simil.* marchfall, marescal-  
 cus, marpahis?  
**marca, marcani** *Rad.* 17.  
**ad maritum dare** *Ro.* 195. 199.  
 maritum tollere *Gri.* 8. *cf. Li.* 24.  
**marmorarii** *Merced.* 7.  
**masca** *Ro.* 197. 376.  
**massa fundare** *Merced.* 5.  
**massarius seruus** (= *mansuarius, mansionarius*)  
*i. e. seruus rusticus, cui fundus cum casa*  
*regendus conceditur, colono originario similis.*  
*Ro.* 132. 134. 137. 234. 352. *Leb.* 10. *Gloss.*  
*Cau.* 148: id est seruus qui  
 ordinatus est super alios in  
 domo senioris sui. *Gloss. Matr.* 32.  
**massaricia casa** (*ital.* masseria)  
*Ahi.* 2.  
**matrem filii sequantur** *Ro.* 231.  
**matrinia** *i. e. noberca* *Ro.* 169.  
*Areg.* 7.  
**medietas, metietas** *Ro.* 138. 240.  
 256. *Li.* 151. pretii *Ro.* 138.  
 140. 142. *Li.* 84 — 86. 101. 123.

124. de meta *Ro.* 182. 183. uuidrigild *Rat.* 10. 11. *Li.* 122—124. 144. medietas ex solidis *Leb.* 3 medietas in palatio *Li.* 72. 93. medietatem regi *Ro.* 19. 26. 185. 189. 200. 201. 240. *Li.* 13. *Ahi.* 15. *cfr.* pretium, rex, uuidrigild.
- meliorare filium *Li.* 113. *Ahi.* 13.
- menare (*gall.* mener) *Li.* 109. *uid.* permenare.
- mensis 1, menses 2 *Li.* 44. menses 3 *Li.* 11. *Sic.* 8.
- mensura ambolauit (= uariauit) *Li.* 70.
- in mercato aut ciuitate *Sic.* 15.
- mercedis intuitu *Ro.* 176.
- meta (= contractus, promissio, *Miete, Mede*) I. *repromissio futurarum nuptiarum*, (= dies uotorum, *Verlobung*) cum solemnem promissione certae pecuniae sponsae aliquando soluendae: in die sponsaliorum promittere *Ro.* 178. 179. 182. 183. 190. meta id est obligatio in die nuptiarum *Gl. Matr.* 21. *Gl. Cau.* 85. *Gl. Vat.* 66. II. *ipsa summa, quae promittitur uel datur* (= *metfyo, Mietscaz, Malscaz, anglos. medesceat, Medegift, unde nostrum Mitgift*): in meta dare *Ro.* 167. *Ahi.* 14. metam dare *Ro.* 215. *Li.* 89. *cfr.* 103. adimplere *Ro.* 178. meta nec data nec promissa *Li.* 114. dicta *Ro.* 192. adpraetiata *Li.* 89. *Statut. Lubec. antiq. pag.* 253 et *Hach*: also dat ere mede gelowet were. metam facere *Li.* 117. medietas de meta *Ro.* 182. 183. dubbla meta *Ro.* 179. *Li.* 119.
- metfyo, mithio, meffio (= bona metae nomine uxori quaesita) *Ro.* 199. 200. *Li.* 3. 101. 103. 129. *SS. III,* 702. meffio id est arre *Gl. Matr.* 24. *Gl. Vat.* 68.
- miles (uel exercitalis) *Sic.* 9. 13. 21. 33.
- militare exercitalibus armis *Areg.* 4.
- milia centum *Ro.* 252.
- minimi homines *Li.* 83. persona *Li.* 62.
- minimissimus *Li.* 62.
- ministerialis ancilla *Ro.* 376. seruus *Ro.* 76 *sqq.*
- minus ne *Sic.* 8. 10. minus posse *Li.* 141.
- missus iudicis *Li.* 74. 75. *Ahi.* 5. pontificis *Ahi.* 16. principis *Li.* 7. regis *Ahi.* 16.
- mittere in caldaria, sacramenta *Li.* 50.
- modola *Ro.* 300.
- molestare *Ro.* 23. 24.
- monachi *Ahi.* 19. *Areg.* 4. *Rad.* 5.
- monasteria *Ahi.* 10. 16. *Rad.* 4. 5. monasterii regula *Ahi.* 10. *Rad.* 4.
- mordh, morth *Ro.* 14. *ibiq. index.* 369. 370. *Gl. Epor.* 34.
- morgincap, morgingab *Ro.* 182. 199. 200. 216. *Li. a. V. prol.* *Li.* 7. 103. 117. *Ahi.* 14. morgincap i. quartam partem *Gl. Epor.* 64. *Gl. Cau.* 48. *Gl. Vat.* 62.
- mortem componere *Ra.* 7. mortis poena *Ro.* 13. 142. 249. 254.
- mos legis tradendi *Areg.* 6.
- mouitio *Ahi.* 21.
- mulier libera *Ro.* 204. in scandalum currens *Ro.* 378. mulierum collectio *Ro.* 141. mulier = uxor *Li.* 133.
- mulierculae *Areg.* 12.
- mund *cfr.* haamund, silpmundia.
- mundiare, mundiatam habere feminam (= mundium de ea facere) *Li.* 139.
- munditer iurare *Li.* 61.
- mundius, mundium: I. potestas ipso iure competens patri, fratri, filio, propinquo uel regi in femina libera langobarda: mundium in potestatem habere *Ro.* 178. 182. 188. 195—197. 215. *Gri.* 6.



- Li.* 12. 100. 101. 120. *mundius* pertinet, cadit, redit ad ... *Ro.* 26. 182. 385. *mundius palatii Li.* 12. *cfr. Li.* 93. *Gl. Cauens.* 113. — *II. mundius maritalis, in maritum feminae liberae uel haldiae translatus: mundium facere (= abmachen, ablösen) Ro.* 165. 184. 187. 188. 190. 191. 216. *Li.* 114. 126. 127. *mundium de haldia facere Li.* 126. 139. 141. *cfr. Ro.* 216. 218. *per mundium suam facere Li.* 14. *uid. mundiare, tradere silp-mundia. — III. mundius marito ablatus uel ab heredibus eius restitutus: amittat mundium Gri.* 6. *mundium liberare (einlösen) Ro.* 199. *cfr.* 215. *ipsa per mano simili modo retradatur, sicut priori marito tradita fuit Ro.* 183. — *IV. pretium uel launegild pro mundio remisso soluendum uel solutum: 1) in liberis personis Ro.* 160. 161. 183. 190. 191. 200. 214. 216. *Li.* 14. 2) *in haldis similibusque libertis, quibus mundius exiguus ponendus erat Li.* 9. 10. 139. *absque mundium esse, mundium habere Li.* 9. 10.
- mandoald, mundouald** (*i. e. qui mundium deficientibus proximis parentibus pro tutore tenebat, Vormund*) *Li.* 12. 93. 94. 100. 125. 141. 146. *Ahi.* 15.
- munimen** (= instrumentum) *Li.* 54. *Ad.* 4. 7. 8. *Rad.* 18. 21.
- murioth, morioth** (= brachium super cubitum) *Ro.* 384. *Gl. Cau.* 88. *Vat.* 65. 73.
- Nam non** *Ro.* 224 *et saep.*
- nascendo proximi** *Ro.* 360. 362.
- nassa** *Ro.* 299.
- natio** *uid. secundum, generatio.*
- naturales filii** *Ro.* 154—162. 385. *Gri.* 5. **naturali iure** *Ro.* 319.
- nafragare** *Li.* 87. 117.
- neclictum facere, ponere** *Li.* 59. 81. 85.
- negare** (= dissimulare) *Ro.* 232.
- negator** *Sic.* 18.
- negociantes** *Ahi.* 3. *Sic.* 5.
- negotium facere** *Ahi.* 4. 6.
- neustria** *uid. austria.*
- nisi** (= sed, tantummodo, sondern) *Ro.* 144. 163. 173. 264. 291. 341. 366 *et saep. Li.* 8. 13. 23. 28. 67. 71. 81. 96. 97. 145. *Ahi.* 10.
- nobilitas** *uid. secundum.*
- noctes** *uid. dies. noctes nouem Ro.* 274. *cfr. Alam. tit.* 69. *duodecim Ro.* 361. *Li.* 61. 109. *uiginti quattuor Li.* 61.
- nolendo fecit** *Ro.* 75. 138. 387. *cfr.* 326. **nolendum factum** *Li.* 136.
- notarius** *Ad.* 8.
- notitia iudicis, parentum** *Li.* 22. 29. 85. **principis, regis** *Li.* 18. 19. **notitiam** (= instrumentum) *facere Li.* 22. 74. 75 *notit.* 1. 2.
- noua non imponatur** *Gri.* 1. *Sic.* 14. *cfr. conditio.*
- nouem** *uid. sibi nonum. nouem de una causa Leb.* 7. *cfr. Areg.* 11.
- nuptiaticum** *Sic.* 27.
- nutrimen** (= *Nachwuchs*) *Ro.* 229.
- Oberus** *uid. hoberus.*
- obfuscare** *Li.* 8. *Gl. Cau.* 94.
- oblicare in libertatem** *Ro.* 225. *per uuadium et fideiussorem Ro.* 360. 362. *cfr. Li.* 8. **poenam** *Ahi.* 16. **rem** *Ad.* 5.
- oblicatio** *Li.* 17. 128. **per uuadia facta** *Li.* 8. **obligationem facere** *Li.* 117. 128. *Areg.* 10. *Loth.* 4. **retinere** *Ad.* 5.
- obligator** *Ad.* 5.
- obsequium ducis, iudicis uel priuatorum hominum** *Ro.* 167. 226. **regis uel iudicis** *Ro.* 167. *Ahi.* 10. *cfr. Pabst Herzogtum p.* 503—507.

- ad occidendum tradi** *Ro.* 13. 192. 259.  
**octaua s. quarta** *Ad.* 3.  
**oculi tollantur** *Sic.* 10.  
**onus, onores** (= *foenus*) *Li.* 19.  
**operas facere tres per ebdomata** *Li.* 83. de *aldione* *Li.* 69. dare, reddere, requirere (*i. e.* *pretium operarum*) *Ro.* 128. 275. 276. *Li.* 69. 132. 142. **excepto operas et mercedes medici** *Ro.* 78. 79. 82—84. 87. 89. 94. 96. 101—103. 106. 107. 110—112. 118. 128.  
**opinio** (= *famae periculum*) *Ro. prol.*  
**opus gallicum, romanense** *Merc.* 3. 5.  
**orbitaria** *uid.* *horbitaria.*  
**ordine malo possidere** *Ro.* 227. 228. 232.  
**orfanus** *Rat.* 11.  
**ori manifestatio** (= *confessio*) *Areg.* 7.  
**ostiarius** *Rat.* 12.  
**ouescario** *uid.* *houescario.*  
  
**Pactus** *Leb.* 8.  
**padus, de tras pado** *Areg.* 9.  
**pagani, paganitas** *Areg.* 13. *Ad.* 7.  
**pagina edicti** *Gri. prol. Li.* 35. 83. *epil. Li. ann. XII. XIX. XXIII. prol. Rat. prol. 6. Ahi. ann. V prol. 7. 9. Ad. prol.*  
**palatium beneuentanum** *Ad. prol.*  
**palatium (sacrum)** *Li.* 83—85. 100. 130. *Ahi.* 16. **palatii ancilla** *Li.* 24. **palatii defensio** *Ahi.* 7. 16. 17. 19. *cfr. mundius.*  
**palatii potestas** *Li.* 30. 100. **ratio** *Li. notit. 3. causa Rad. 21. ad palatium pertinere Ad. 1. Rad. 4. proclamare Li. 130. culpabilis in palatio Ro. 37—40. 250. in palatio componere Roth. 150. Li. 72. 93. in pal. medietas Li. 72. 93. in palatio seruire Areg. 4. Rad. 6. eccle-  
**siastici in palatio** *Areg.* 4. **uuirgild in palatio** *Li.* 35. 83. 100. *Rat.* 7. *Areg.* 12. **extra palatium deagere** *Areg.* 4.  
**palum figere** *Li.* 148.  
**pans** *uid.* *inpans.*  
**paranimpha** *Ahi.* 15.  
**parentes proximi** *Li.* 17. 18.  
**pars rei publicae** *Sic. index 26. romanorum Sic. 1.*  
**pastores** *Ro.* 136.  
**pastoria de caballo** *Ro.* 297.  
**patria** *Ahi.* 5 *et saepius.* **patria sua** *Sic.* 11. **patriae princeps** *Areg.* 4.  
**patronus (haldii)** *Li.* 68. 121. 124. 143. *Ahi.* 15.  
**pax dei et regis** *Li.* 35.  
**peculium serui massarii** *Ro.* 234. **peculius** (= *pecus*) *Ro.* 303—305. 322—325. 342—344. 346. 348. *cfr. Ahi.* 3.  
**pecunia, pigunia publica** *Li. not. 2.*  
**pecus** (= *partus*) *Ro.* 332. 333.  
**pedes** *Merced. 1—3. 5—8. nouem Ro. 147.*  
**pegma** *uid.* *peuma.*  
**penetrare** *Ro.* 146. 376. *Li.* 76. *Areg.* 6. *Sic.* 3.  
**pensile** *uid.* *pisile.*  
**percutere** *Ro.* 37—39. 43. 44.  
**perdere** (= *in iudicio uinci*) *Li.* 61.  
**perexecutere** *Ro.* 126.  
**periurare alicui, se periurare** *Li.* 144.  
**permanere** (= *vorbehalten bleiben*) *Li.* 62.  
**permenare** (= *promener*) *Ro.* 346.  
**per porco** *Ro.* 359.  
**de persona haldius** *Li.* 68.  
**pertinens, pertinentes** *Li.* 87. *Index Gothanus ad Liutpr. 140. 142. Ahi. 15. 22. pertinens noster, de curte regis Li. notit. 5. pertinens suus Ahi. 11. ibiq. index. 12.**

- peuma** (pegma) *Merced.* 6. *Gl. Cau.* 97: pleuma id est palu de lugo (palco de ligno?)
- phant** *uid. gafand.*
- pignerare** (= pfänden) *Ro.* 245—251. *Li.* 146. *notit.* 2. *Leb.* 7. *Sic.* 2. 8. 17. **pignerare** feminam (*i. e. res eius, non personam apprehendere*) *Li.* 146.
- pigneratio** *Rad.* 16.
- pignus** facere *Sic.* 8. **pignum** (*accusatiuus*) *Ro.* 252. *Li.* 15. *cfr. Rad.* 8.
- pigunia** publica *Li. not.* 2.
- pinea** *Merced.* 7.
- pisile, pensile** *Ro.* 221. *Merc.* 7.
- placitum finitum** *Ro.* 144.
- plagae aut feritae** *Ro.* 126. 127. *Li.* 120 *fi.* 123. 124.
- plagas arbitrentur** *Ro.* 352.
- plagia** *Sic.* 13.
- plodraub** *Ro.* 14. *cfr. rairaub.*
- plouum** *Ro.* 288. *Gl. Cau.* 134. *Vat.* 79.
- poena finita** *Ro.* 281.
- poenam conligere** *Ahi.* 16. **firmare** *Li.* 119. **obligare** *Ahi.* 16. **ponerè** *Li.* 119.
- pollenus** (*Füllen*) *Li.* 137.
- ponderosus** *Li.* 123. 124.
- ponere** (= componere, *beilegen*) *Li.* 145.
- pontifex** *Areg.* 17. **pontifices,** **abbates** *Ahi.* 16. **pontificis** **missus** *Ahi.* 16.
- pontificium requirendi** *Ro.* 223. *Li.* 54.
- porcarius** *Ro.* 135.
- porci** *Sic.* 29.
- portio quarta, septima** (= *portion disponible*) *Li.* 102.
- portitor** *Ro.* 267. **portunarius** *Ro.* 265—268.
- posponere** *Ro.* 74. 311. 314.
- possessio** 30, 60 annorum *Gri.* 1. 2. 4. *Li.* 54. 78. **possessio uinditionis** *Li.* 78.
- post** (= apud, penes) *Ro.* 231. 274. 275. 327.
- posteds** (= postea) *Li.* 57. 58. 97. 107. 110. 119. 126. 127. 133.
- potentes homines** *Ahi.* 7. *Areg.* 1. **maiores et potentes** *Ahi.* 3.
- in potestatem esse** *Li.* 100. **habere** *Ro.* 196—198. 203. *Li.* 100. *cfr. mundius.*
- poto** notarius *Li.* 6.
- per praeceptum donare** *Rad.* 21.
- praeconia uoce** *Ro.* 343.
- praeordinati** *Rad.* 5.
- praepositus loci uenerab.** *Ahi.* 19. **xenodochii** *Ahi.* 16.
- praesentaliter** *Rad.* 28.
- praesumere iurare** *Ro.* 342 *et s.*
- prendere** *Rat.* 8.
- presbyter** (uel sacerdos) *Li.* 95. *Areg.* 4.
- presura** (*Fanggeld*) *Ro.* 264. *Li.* 44.
- pretium suum** (= uuirigild) *Ro.* 140—142. *Li.* 84. 85. *cfr. lex Gundeb.* 52,3. **pretium de plagis** *Ro.* 127. **haldii uel haldiae** *Li.* 122—124. **serui** *Sic.* 6. **completum habere** *Ro.* 8. **pretii medietas** *Ro.* 127. 140. 142.  $\frac{1}{2}$ ,  $\frac{1}{4}$ ,  $\frac{2}{3}$  **pretium** *uid. uuirigild.*
- primatus** *Ad. prol.* **integer** *Rad.* 4. **diaconus primatum tenens** *Areg.* 4.
- primus** *Li.* 62. **in primis** *Li. prol.* a. 12. 13. 17. 23. *notit.*
- princeps** *Li.* 30. 78. *notit.* 3. *Areg. rubr. Ad. rubr. Greg.* 1. *Sic. prol.* 1. *Rad.* 1. 21. 26. **pr. terrae istius** *Li.* 19. **patriae** *Areg.* 4. **electus** *Rad.* 2. 26. **principi uel iudici** *Li.* 15. **principis iudex, missus** *Li.* 8. *notitia.* **praesentia** *Li.* 29. **per principem pulsari** *Li.* 16.
- principandi potestas** *Rad.* 2.
- principatus beneuentanus** *Greg. prl. Sic.* 1. 13. 19.

- prior de capua** *Leb.* 10. *cfr.* *Cassiod. Var.* VII, 30. VIII, 26. *Gregor. dial.* I, 10. *uid.* primus.
- pristinam et collatam dare** *Sic.* 2.
- proclamare ad palatium** *Li.* 130.
- proditor** (= certus indicator) *Ro.* 255. 335. *cfr.* 348. *Simil.* ueius *in leg. Gundebati.*
- propria morte mori** *Ro.* 151.
- prouinciae fines** *Ro.* 263. 264. *intra prouincia* *Ro.* 4. 273. *Li.* 11. 18. *foris prouincia* *Ro.* 3. 193. 256. 264. *Li.* 18. *exire* *Li.* 11. *migrare* *Ro.* 256. *uendere* *Li.* 48. 49. 80. 84. 85. *cfr. Merkelii index l. Alam. s. v.* *uendere. beneuentana* *Rad.* 1. 24. *uniuersae prouinciae nostrae* *Aht. prol. a. I.*
- proximi parentes** *Li.* 17. 18.
- publicus, puplicus** (= iudex, magistratus) *Li.* 35. 57. 63. 121. 148. 152. *loci* (= actor) *Li.* 141. 142. **publicus i. comes** *Gl. Epor.* 80. **publicus succedit in mediet.** *Li. not.* 5. **ad publicum deuenire** *Li.* 35. **replicare** *Li.* 24. **de publico habere, esse** *Li.* 78. *cfr.* *inpublicare.*
- pugna non proueniat** *Gri.* 4. **uadit** *Li.* 71. **per pugnam adprobare** *Ad.* 6. 7. *Rad.* 18. **fatigari** *Gri.* 4. *Li.* 71. 72. **quaerere** *Li.* 118. **se defendere** *Ro.* 228. 365. *Li.* 11. 68. **se mundare** *Gri.* 7.
- pulsare aliquem** *Ro.* 228. *Ahi.* 19. **iudicem** *Ahi.* 19. **per principem aut iudicem** *Li.* 16.
- pul-slahi** (*Beutschlag*) *Ro.* 125. *Gl. Matr.* 10: **pulsai id est percussio.**
- pureficare se** (= idoneare) *Ro.* 12. **ad legem dei** *Li.* 21. *cfr.* *sacramentum.*
- puteus** *Ro.* 306. *Li.* 136. *Merced.* 8.
- Quadruplum** *Li.* 50.
- quaerere** (= agere, *klagen*) *Ro.* 153. *Li.* 59.
- quaeritur causa** *Sic.* 8. *cfr.* *queri.*
- quaestor** (= actor, creditor) *Areg.* 6. 10. *Sic.* 8. 18.
- qualitas** *uid.* secundum.
- qualiter adpraetiatu** *Ro.* 333. *cfr.* 280. 377. *cfr.* *status.* *in edicto legitur* *Li.* 15. *se sit* *Ro.* 229. 231. *secundum qualiter* *Ro.* 226.
- quantum adpraetiatu** *Ro.* 280. *cfr.* 333.
- querellam mouere** *Ad.* 7. *cfr.* *quaerere.*
- queri** (= contendere) *Rat.* 6.
- Rabiosus** *Ro.* 323. 326.
- rahairaub, rairaub** (= cadaueris expoliatio) *Ro.* 16 *ibiq. index.* *Preda quae reraup et praeda quae sexanraup, et tertium quod sach dicitur* *Treuga Henr. V. LL. Tom. II. p. 267. cfr. indicem maioris ed.*
- raptor, raptus** *Ro.* 208—210.
- reclamare** *Rat.* 10.
- recolligere** (= diuidere) *Leb.* 3.
- redditum** (= census) **facere** *Ahi.* 12.
- regales causae** *Ro.* 369. *Li.* 78.
- regia causa, domus** *Ahi.* 5. 17. *Leb.* 12.
- regnum nostrum** *Ro.* 364. 367.
- regulariter uiuere** *Ahi.* 19. *cfr.* *monasteria.*
- relaxare** *Li. not.* 2. 5. *Leb.* 5.
- religionis uelamen** *Li.* 100. *Areg.* 12.
- religiosa femina** *Li.* 76. 93. 95. *cfr. Li.* 30. **uestis** *Li.* 95.
- religiosorum homicidia** *Areg.* 4.
- se rememorare** (*sich erinnern*) *Rat.* 5.
- repignerare** *Li.* 108. *cfr.* *dispignerare.*
- requirere ad aliquem, aduersus quem** *Ro.* 320. 330. **requirere debitori** *Li.* 16. **culpam** *Ro.* 15. 319. 320. 353. **mortuum** *Ro.*

32. 280. 323. *Li.* 136 — 138.  
 requirendi pontificium *Ro.* 223.  
 requisitio mortis *Li.* 136—138.  
 res mobiles uel immobiles *Ro.* 228.  
 omnes perdere *Gri.* 8.  
 resecare malitiam *Ahi.* 12.  
 resedere, ad resedendum intrare  
*Li.* 92. 133.  
 responsales *Sic.* 13.  
 responsaticum *Sic.* 14. 35. *ind.*  
 retensitum (= recensitum) *Li. not.* 2.  
 retinentia *Ahi.* 2 *index.*  
 retradare *Ro.* 183.  
 in se reuerti (*wieder zu sich kommen*) *Li.* 100.  
 se reuindicare *uid.* uindicare.  
 rex gentis langobardorum *Ro. prol.*  
*Gri. prol. et sequentes prologi*  
*fere omnes. qui pro tempore*  
*fuerit* *Li.* 30. aut iudex *Li.* 79.  
 regis actor *Ro.* 272. 274. 374.  
 375. *Li.* 59. 78. *notit.* 1. 2.  
 ancilla *Li.* 24. clementia *Li.* 99.  
 100. curtis *Li.* 18. *uid.* actor.  
*Iura curtis I. in causis poenali-*  
*bus* *Ro.* 15. 191. 200. 201. 259.  
 267. 271. 376. *Gri.* 7. 8. *Li.* 13.  
 20. 24. 59. curti medietas *Ro.*  
 185. *Gri.* 6—8. *Li.* 12. 27. 63.  
 129. *notit.* 3. *Ahi.* 15. — *II. in*  
*causis hereditariis* *Ro.* 183. 199.  
 223. 231. 374. 385. *Li.* 18. 77.  
 — *III. in litibus* *Ahi.* 20. —  
*IV. in mundo feminarum* *Ro.*  
 182. 189. regis excellentia  
*Li.* 30. fideles *Li.* 96. ga-  
 hagus *Ro.* 319. 320. gastaldius  
*Ro.* 189. 221. haldius *Li.* 78.  
 iudices *Ahi.* 8. iudicium *Li.*  
 25. 26. iussio *Ahi.* 5. 21.  
 manus *Ro.* 189. 223. 369. *Li.*  
 51. 52. 55. missus *uid.* *h. u.*  
 notitia *Li.* 18. obsequium *Ro.*  
 167. palatium *Li.* 24. 30. 35.  
 83 — 85. 93. 130. potestas,  
 potestatis scutum *Ro.* 182. 367.  
 praeceptum *Li.* 78. prouincia  
*Ahi.* 5. seruus *Ro.* 370—373.  
*Li.* 78. uotum *Ro.* 224,2.

roma *Li.* 33. *Rat.* 13.  
 romanense opus *Merced.* 5.  
 romanorum pars *Sic.* 1. populus  
*Ahi. prol. a. I.* romanus homo  
*Li.* 127. *Ahi.* 4. romana ancilla  
*Ro.* 194. mulier *Li.* 127.  
 rusticanus *Ro.* 383. rusticana  
 serua ministerialis *Ro.* 376.  
 rusticauorum seditio *Ro.* 280.  
 Sacerdos *Li.* 95. sacerdotis  
 domus *Ahi.* 11.  
 sacramentales (= aidi, iuratores)  
*Ro.* 9. 359. 360. 362. 363. *Gri.* 2.  
*Areg.* 16. sui *Li.* 61. legitimi  
*Li.* 72. 121. *cfr.* iuratores.  
 sacramentum *Li.* 70. 71. 90. pacis  
*Rad.* 16. sacr. audire *Ro.* 361.  
*Li.* 61. dare *Ro.* 231. 248. 361.  
 deducere *Li.* 61. *Ahi.* 19. 20.  
*Rat.* 8. iudicare (= *auflegen*)  
*Ro.* 362. persoluere *Ahi.* 20.  
 praebere *Ro.* 227. 264. 265. *Li.*  
 61. 72. 81. 146. procedit *Ahi.*  
 19. promittere *Ro.* 364. rum-  
 pere, ruptus (*anglos sacr. fra-*  
*ctum?*) *Ro.* 362. 363. *Li.* 61.  
 sacr. inter dantes et accipientes  
 (= *delatum?*) *Li.* 15. per sacr.  
 finire *Li.* 70. per sacr. negare  
*Ro.* 228. 364. per sacr. se  
 defendere *Li.* 11. 68. firmare  
*Li.* 79. purificare *Ro.* 202. *Li.*  
 121. *Ahi.* 15. satisfacere *Li.* 87.  
 in sacr. mittere *Li.* 50. 93. pro  
 sacramento dare *Li.* 56. 58.  
 sub sacramento reddere *Li.* 90.  
 sacramentum pro amputanda  
 inimicitia *Ro.* 143. secundum  
 qualitatem pecuniae *Ro.* 207.  
 sacr. solus (singulus) praebat  
*Ro.* 230. 265. *Li.* 71. *Ad.* 7. *cfr.*  
*Ro.* 229. sacr. houescarioni  
*Ahi.* 20.  
 sacrata arma *uid.* arma.  
 sala *Merced.* 1. propria *Ro.* 136.  
 bouulcus de sala *Ro.* 133. sala  
 id est domo in curte facta *Gl.*  
*Cau.* 144.

- salerno** ciuitas *Rad.* 1. 2. 9. 10. 26.  
**saltarius** *Li.* 83. aut decanus *Li.* 44. 85.  
**sanare debitum**, cautionem (= recte soluere) *Li.* 57. 67.  
**sanctemonialis femina** *Li.* 76.  
**sanctius arbor** *Li.* 84.  
**sanguinis periculum** *Ro.* 6. de simili sanguine (= frater) *Ro.* 187. *cfr.* 378.  
**sarraceni** *Greg.* 2. *Rad.* 3. 24.  
**satisfacere** (= sacramento adfirmare) *Ro.* 252. 339. 366. 368. *Li.* 7. 87. 143. *Rad.* 19. 20. ad euangelia *Ro.* 366. 368. *Li.* 43. 109. *Ahi.* 19. ante iudicem *Ro.* 368. singulus satisfacere *Ro.* 366.  
**saumae tres, sex** *Li.* 83.  
**scamarae** *Ro.* 5. *Sic. prl.* 1. scamara id. furones *Gl. Cau.* 102. scamara furto *Gl. Vat.* 84.  
**scamaratores** *Sic.* 2.  
**scandalum** *Ro.* 35—40. 273. 378. *Li.* 37. 122. 135. subitum *Rad.* 20. committere *Li.* 135.  
**scapellare** *uid.* capellare.  
**scara** *Rad.* 3. *cfr. indic. maior. edit.*  
**scario** (= praefectus scarae) *uid.* houescario. *Gloss. ad Ahist.* 11: scarione i. e. caneuario i. e. custodiam caesaris.  
**se scientem** *Li.* 63 et *saep.*  
**scusa** (*Schleuse*) *Ro.* 150 in *cod. Sangall.*; clusa uel clausura *ceteri codd.*  
**scriba** *Li.* 22. 91.  
**seulca** (*Gr.* σκούλα) *Ro.* 21.  
**sculdhais, sculdahis** (*Schulze*) *Ro.* 15. 35. 189. 251. 374. *Li.* 25. 26. 28. 29. 44. 45. 83. 85. *Rat.* 1. *Ahi.* 7. sculdahis suus *Li.* 44. *Rat.* 1. aut actor regis *Ro.* 374. aut iudex *Ro.* 35.
- scutum**: *Ro.* 182. 367. sub uno scuto per pugnam dimittere *Ro.* 164—166.  
**secundum generositatem** *Ro.* 75. sec. legem *Ro.* 364. nationem suam *Ro.* 198. 374. nobilitatem suam *Ro.* 75. 378. qualitatem causae *Ro.* 364. *cfr. Li.* 68. *Ra.* 10. *Ahi.* 20. qualitatem pecuniae *Ro.* 227. 365. (*cfr.* 359). 366. *Li.* 120. qualitatem personae *Ro.* 74. 141. *Li.* 17. 62. 118. sec. qualis persona fuerit *Li.* 62. qualiter adpraetiatum est *Ro.* 11. 14. 19. 387. qualis concessum est *Ro.* 226. *cfr.* angargathungi, status, uergild.  
**sematio corporis** *Li.* 121.  
**senodochium** *Rad.* 4.  
**sepes stantaria** *Ro.* 287.  
**sequens** *Ro.* 208—210 et *prius.*  
**sequere** (= sequi) *Ro.* 347.  
**seruus armentarius** *Ro.* 136. bo-uulcus *Ro.* 133. caprarius *Ro.* 136. massarius *Ro.* 132. 137. ministerialis *Ro.* 76. 130. 131. 376. pecorarius *Ro.* 136. porcarius magister *Ro.* 135. regis *Ro.* 370—373. *Li.* 78. rusticanus *Ro.* 103 *sqq.* 134. serui communes *Leb.* 13. seruorum concilium *Ro.* 279. discipoli *Ro.* 135. 136. pro seruo dare *Li.* 63. habere *Li.* 152. tradere *Areg.* 6.  
**sextarius** *Merced.* 5.  
**sibi nonus, nonum** (*selbneunter*) *Ro.* 232. 246. 250. 253. 257—260. 262. 263. 341—343. sibi sextus *Ro.* 359. tertius *Ro.* 146. 359. (*cfr.* iuratores, singulus.) sibi contemptus *Ro.* 232. sibi uadat *Ro.* 217.  
**sic** (= simpliciter; tantum, *nur so*). *Ro.* 62. 102. 382 et *s.* *Li.* 20. *Ra.* 2.  
**sicut adpraetiatum** *Ro.* 11. 387. *Li.* 84. *uid.* qualiter.  
**sigillaticum** *Sic.* 27.

- siliquae** *Merc.* 6. decem (duodecim?) *Ro.* 253. 254. tres 346. 349.  
**silpmundia** (*selbmündig*) *Ro.* 204.  
**similem** (= *simplum*, *semel*, *cfr.* *ferquido*) *Ro.* 147. 175. 330. 337. 339. 349. **similem alium** *Ro.* 270—272.  
**sinaida, snaida** *Ro.* 240. 241. (*Schneide, Schneise, Durchhau*).  
**singulus praeb. sacram.** *Ro.* 230. 265. *Li.* 71. **satisfaciat** *Ro.* 366.  
**socropus, syngraphus** *Rat.* 13.  
**soga** (= *funis*, *etiam nunc in urbe Verona*) *Ro.* 291. *Gl. Cau.* 108.  
**solacium diurnum** (*Tagelohn*) *Ro.* 145. **cum uirtute aut solacio** *Ro.* 41. **solacia denegare** *Ro.* 13. 22.  
**solaciare** *Ro.* 23. 24. (*soulager?*)  
**solarium** *Merc.* 1.  
**solidi 3000** *Sic.* 2.  
 1200 *Ro.* 200. 201. *cfr.* 378.  
 1000 *Li.* 30.  
 900 *Ro.* 5. 8. 14. 15. 18. 19. 249. 279. 369. 371. 378. *Gri.* 3. *Li.* 30. 31. 72. *Ahi.* 15.  
 800 *Ro.* 249.  
 600 *Li.* 30.  
 500 *Gri.* 6.  
 400 *Li.* 89.  
 300 *Li.* 12. 62. 72. 89. *Areg.* 4.  
 200 *Li.* 42. 62. *Areg.* 4. *Sic.* 3.  
 150 *Li.* 30. 62. *Areg.* 4.  
 100 *Ro.* 189. 376. *Li.* 51. 72. 146. *Leb.* 7. *Sic.* 3. 4.  
 80 *Ro.* 14. 31. 238. 253. 374. *Li.* 125.  
 60 *Ro.* 376. *Li.* 121. 125.  
 50 *Ro.* 13. *Li.* 60. 72. 93. 130. *Rat.* 2. 10. *Sic.* 15.  
 40 *Ro.* 237. 240. 254. *Li.* 27. 28. 72. 111. *Areg.* 17.  
 30 *Greg.* 6.  
 24 *Li.* 37. *Sic.* 6. 9. 14.  
 20 *Ro.* 10—12. 266. 359. *Gri.* 3. *Li.* 50—53. 134. 152.  
 12 *Ro.* 359. 381. *Li.* 25. 26. 44. 152. *Sic.* 12. 17.  
 10 *Li.* *notit.* 3.  
 8 *Li.* 44. *Sic.* 15.  
 6 *Ro.* 291. 355—357. *Li.* 25. 26. 45—47. 146. 148. 150. 152. *Li.* *notit.* 3. *Sic.* 8. 18.  
 4 *Li.* 44. *Sic.* 15.  
 3 *Li.* 9.  
 2 *Ro.* 264. 340. 342. *Li.* 44.  
 1 *Ro.* 345. 346. *Merc.* 1—3. 5. 7. *Sic.* 6.  
 1—6 *Li.* 10.  
 1—3 *Li.* 9. 10.  
**sol. auri beneuentanus** *Sic.* 2. 6.  
**solidorum oneres** (*Zinsen*) *Li.* 19.  
**solidi dati** (= *pretium*) *Leb.* 2. 3. 9. 10. **solidi iudicantur** *Ro.* 291. 378.  
**solidus uestitus** *Merc.* 1. *ibiq. nota.*  
**sonorpair** (*anglos. sunerboar*) *Ro.* 351.  
**soror in capillo** *Li.* 145.  
**sors** (= *Anteil*) *Leb.* 4. 9. **sortes stantes** *Li.* 70. 74.  
**spirituales germani** *Li.* 34.  
**sponsaliorum dies** *Ro.* 178. 192. (*uid. dies, uota*). **sponsaliorum fideiussores** *Ro.* 192.  
**sponsare** *Li.* 119.  
**stafilum** *Rad.* 10.  
**stalaria** (*astalaria*) *Li.* 45. *Gl. Matr.* 61. *Cau.* 101. *Gl. Vat.* 83: **stalaria id est salices.**  
**stantaria sepis** *Ro.* 287.  
**stantia** (= *conuentio*) *Rat.* 5.  
**status, pro statu** (= *pretium liberatorum uel seruorum*) *Ro.* 376.  
**stimatio** *Ro.* 149.  
**stipulatio** *Li.* 15.  
**stolesaz** *Ro.* 150. *cfr. maior. edit.*  
**striga** (*histriga*) **quod est masca** *Ro.* 197. 198. 376. *Lat. strix.*  
**stupla** (*stipula, Stoppel*) *Ro.* 358.  
**subarrare anolo** *Li.* 30.  
**subdiscendere** *Li.* 91.  
**sublimitas nostra** *Areg.* 10.  
**submanicata** *Li.* 146.

- subquinare *Merced.* 2.  
 substantiam omnem perdere *Li.* 20. 21. 30. 138.  
 subuectum, souecto *Li.* 137.  
 supertentus *Ro.* 291.  
 supraestis (= superstes) *Li.* 73.  
 surrentum *Sic. prol.*  
 suspectio (*ital.* sospetto) *Li.* 118. *Gri.* 7.  
 syngraphus, socropus *Rat.* 13.  
 Taliola (*ital.* tagliuola) *Ro.* 310–312.  
 tantum est ut (= dummodo, wenn nur) *Ro.* 17. 152. 174. 261. 323. 360.  
 teano *Greg. prol.*  
 teclatura, tielatura *Ro.* 238–241.  
 tectorae (= tuguria) *Li.* 92.  
 tegulae *Merced.* 1.  
 tempo (= tempus) *Li.* 105.  
 temptus super furtum *Ro.* 253. 254. 258. 291. *uid.* fegangi.  
 tenere cum palatio *Li.* 35.  
 terminum ponere *Li. epil. a. XIV. prol. a. XV.*  
 terra aliena *Li.* 90. 92. in terra iactare *Li.* 61.  
 territoria ad curtes regis pertinentes *Li. notit.* 5.  
 tertiator *Leb. rubr.* 8. 11. *Sic.* 4. 14. 21. 26. 29. 47. tertiatrix *Sic.* 22. tertiatoria *Lebur.* 11. *cfr. Ducange s. v. massus.*  
 testimonium *Li.* 15. testimonium iudici firmare *Li.* 15.  
 thingare alicui *Ro.* 156. 157. 168. 170–173. 360. 367. fulcfreal thingare *Li.* 9. liherum thingare *Ro.* 156. thingati (= rite manumissi) *Ro.* 157. *Li.* 77. 140. thingit *Ro.* 224.  
 thingatio *Li.* 73.:  
 thinx quod est donatio *Ro.* 171. 172. 375. *Li.* 65. 73. 142. thinx facere *Ro.* 172. thinx rumpere *Li.* 65. *cfr.* gairethinx.  
 threno, treno *Ro.* 384.  
 threus id est nepos de filio naturali natus *Ro.* 157. *Papias:* threus libertus. *Gloss. uel.:* threus id est tertius (*terliator?*) *Gl. Cau.* 114: threus id. homines meciani, qui non sunt nobiles. *Gl. Vat.* 94: threus disparilis, seu ignobiliter natus, qui etiam dicitur nothus; ammissarius naturalis. *cfr. Gl. Cau.* 10, et anglos. thraël seruus.  
 ticinum ciuitas *Ahi. I. prol.*  
 tintinum *Ro.* 289.  
 tollere, tullere maritum, ad uxorem (*zur Frau nehmen*) *Gri.* 8. 104. 126. treuvas *Li.* 42. tollere per uirtutem *Li.* 40. tulit, tultum (= abstulit, ablatum) *Ro.* 187. 264. *Li.* 35. 59. *notit.* 1. tollerunt *Li. notit.* 3.  
 se tornare *Ro.* 314. 347.  
 toti (omnes, *ital.* tutti) *Li.* 113.  
 traditicii (= transfugae) *Sic. prol.*  
 traditio, tradita nupto *Ro.* 183. 199. 215. *Li.* 14. *cfr. Ro.* 181. 184. 188.  
 traiecta *Sic.* 13.  
 tranquillum (= quietem) dare *Li. notit.* 3.  
 in transacto habere *Li.* 147.  
 translatare *Ro.* 275.  
 transmegrare (= transferre rem, personam) *Ro.* 174. 252. 267. 273.  
 tremissis *Merced.* 2. 4–7.  
 treuvas ponere, rumpere, tullere *Li.* 42.  
 sub tributo esse *Rad.* 13.  
 troctingae *Ahi.* 15. *Gloss. Cauens.* 118: troctingin id est arsenicum *cfr. Gl. Cau.* 155.  
 tuscia *Li.* 44. 61. 88. *Rat.* 13.  
 Vadat per solidum *Merced.* 2.  
 uassalli ac honorati *Rad.* 27.



uegaria, uicaria ancilla *Li.* 139.  
 uelturnas *Sic.* 13.  
 uendere ultra mare *Areg.* 13.  
 uenerabilia loca *Ahi.* 12. 17—19.  
*Areg.* 16.  
 ueritatem inuenire *Ro.* 24. ser-  
 uare *Ro.* 25.  
 uetare (= negare) *Li.* 11. 72.  
 uia indicata *Li.* 146. uias  
 quattuor dare *Ro.* 224. *cfr.*  
 quatrouium.  
 uicinantes *Li.* 141.  
 uicinl *Ro.* 146. *cfr.* fabola.  
 uicus *Ro.* 368. *Li.* 8. 91. 131. 134.  
 137. 141.  
 uidua *Rat.* 11.  
 uigorem habere *Li.* 113.  
 uindicare laborem, clausuram *Ro.*  
 29. 231. se uindicare (*seuenger*)  
*Ro.* 143. *cfr.* reuindicare.  
 uindicta *Rad.* 19. in uindictam  
 dare, facere *Li.* 121. tradere  
*Rad.* 27.  
 uiolentia *Ro.* 187. 188. 205—207.  
 uirtus (= uis, *Vermögen*, *Gewalt*):  
 maiore uirtute haberi *Ro. praef.*  
 minorem uirtutem a patre ha-  
 bere *Ro.* 362. cum tota uirtute  
*Ro.* 264. uirtus summa *Rad.*  
 24. cum uirtute aut solatio  
*Ro.* 41. cum uirtute colligere  
*Li.* 134. per uirtutem (*ge-*  
*zwungen*) *Rad.* 5. tullere *Li.* 40.  
 uitium suum repotet *Ro.* 257. *Gri.*  
 8. *Li.* 60.  
 unciae duae, quattuor, sex *Ro.* 159.  
 unde (= de quo, de qua) *Li.* 144.  
*notit.* 3. habere unde componere,  
 unde soluere *Li.* 16. 121. *Rat.*  
 10 et saepius.  
 uotum regis *Ro.* 224.  
 uotorum dies *Li.* 3. 103.  
 per usum *Li. a. XIV. prol.* 28.  
*cfr.* arbitrium, gauuarfida.  
 usnmfructum relinquere *Ahi.* 14.  
 uxoris res *Li.* 133.

Wadia (= pignus conuentionale)  
 et fideiussor *Ro.* 360—362. *Li.*  
 8. 15. de sacramento *Ro.* 361.  
*Li.* 61. dare *Ro.* 366. *Li.* 61.  
 de manu tollere *Li.* 37. 39.  
 reddere, recipere *Li.* 36—40.  
 soluere *Li.* 128. suscipere *Ro.*  
 361. 366. per uuad. et fid.  
 obligare *Ro.* 362.  
 uuald *cfr.* grimouuald, mundo-  
 uuald etc.  
 uualopauz *Ro.* 31, *ibiq. index.*  
 uuaregang (*anglos. uergenga, graec.*  
*βαράγγοι*) *Ro.* 367. uuaregangi  
*Rad.* 12. euaregang id est  
 aduena *Gloss. Matr.* 51.  
 uuccuuerin, uueguorin *Ro.* 26.  
*ibiq. index.* 373. *Gloss. Matr.* 3.  
*Cau.* 73. 123. *Vat.* 38. 106.  
 uuergild, uuirgild, uuirigild, uui-  
 drigild, guidrigild. 1) *pretium*  
*liberi hominis occisi* *Ro.* 11. *Li.*  
 48. *cfr.* angar gathungi. 2) *pre-*  
*tium mulieris occisae* *Ro.* 198.  
*Gri.* 7. 3) *pretium infantis, cfr.*  
*Leg. Vol. I. p.* 118. 4) uuergild  
 suum, i. e. *pretium auctoris de-*  
*licti* *Ro.* 9. 268. *Li.* 30. 35. 63.  
 85. 119. 121. 122. 135. 143.  
 144. *Li. notit.* 2. 5. *Rat.* 1. 3.  
 7. 11. 13. *Ahi.* 4. 6. 8. *Longe*  
*autem uberius de hoc uerbo*  
*disserui in indice maioris edit.*  
 uuiderbora, uuirdibora (= *eben-*  
*bürtig*) *Ro.* 222. *Li.* 106.  
 uuifa (*saxon. uuip, uuiep*) *Rat.* 14.  
 uuifare (= palum in terra figere)  
*Li.* 134. 148. *not. c.* 2.  
 uuorfin *uid.* grapuuorfin, marah-  
 uuorfin.  
 uxoris res *Li.* 133.  
 Xenium (*exenium*) nuptiale *Ro.* 184.  
 xenodochia *uid.* senodochia.  
 Zala *Rad.* 3. 19. 21. *cfr.* azalatio.  
 zana et adunatio *Rat.* 10. *Papias:*  
 zauas id est ruras.  
 zon *uid.* iderzon.

## ADDENDA.

<i>pag.</i>	40	<i>lin.</i>	2	<i>anagrip corr. anagrifit (sic. cod. Sangall.)</i>
„	173	„	23	<i>in libertate corr. (et) in lib.</i>
„	174	„	<i>penult.</i>	<i>crudelis limine corr. crudelissime.</i>
„	175	„	12	<i>si: corr. si.</i>
„	„	„	25	<i>nefas corr. (per) nefas.</i>
„	„	„	32	<i>supradictis corr. (a) supradictis.</i>
„	177	„	32	<i>legem adde [Li. 24.]</i>
„	178	„	13	<i>edicti tenore adde [Ro. 45 sqq.]</i>

---